

donat, ut cap. ult. de Offic. Vicar. lib. 6. Et hanc rationem differentie assignat glossa in cap. 1. in verb. Non possit de instit. eod. lib. Host. & Joan. Andr. loc. citatis. Ego assigno aliam rationem, quia confirmatio est necessitatis cap. 3. & ibi Butr. in 5. notab. supra de elect. & sapit iustitiam, cum per electionem sit jus quæsitum electi, etque sit debita confirmatio, ut cap. Cum inter, et tertio, eod. tit. sed collatio est voluntatis, & facit gratiam, ut hic in princ. Et in dict. cap. fin. de Offic. Vicar. lib. 6. & notat glossa, ante casum in cap. 1. de iustit. eodem lib. & Abb. hic num. 3. Et post med. & num. 6. vers. Ratio diversitatis. At Capitulum, sede vacante, non succedit in jurisdictione voluntaria, & non voluntarius administrator, ut tenet glossa in Clementin. 1. in verb. Capituli de heret. quam dicit communiter approbatam, Felix. in dict. cap. Cum olim num. 6. vers. Ad decimam tertiam quest. supra de maior. Et obed. Rota decis. 5. incip. Si Episcopus n. 3. de offi. c. Vicar. in novis. Nec succedit in his que supran gratiam glossa in cap. 1. in verb. Presentatus de instit. lib. 6. Et inde est, ut Capitulum, sede vacante, non succedat in dandis indulgentiis, ut voluit Joan. Andr. in cap. Accedentibus num. 2. vers. Ex prædictis de excess. Prælat. Calder. in repetit. cap. Nostro ad fin. de pæn. Et remis. Archid. & Gemin. in cap. eod. tit. lib. 6. & Felix. post alios in d. c. Cum olim num. 7. Et quamvis nonnulli oppositum sentiant; tamen hæc opinio communiter tenetur, ut dicit Cardin. in Clem. 2. §. Ad hæc quest. 3. num. 14. ad fin. vers. de Capitulo etiam de pæn. Et remis.

Et contra verò Capitulum succedit in admittendis presentationibus, & institutionibus faciendis, quia hæc sunt jurisdictionis necessaræ, & non voluntariæ, ut est expressum in cap. 1. & ibi notat Joan. Andr. num. 10. vers. in glossa. & ibi confertur de instit. lib. 6. Host. hic num. 3. ad fin. vers. Vata contrarium, Card. in cap. His que numer. 2. de maior. Et obed. Rota d. decis. 5. num. 3. de offi. Vicar. Et propterea in reg. 2. Cancellariæ, quæ reservantur Papæ Beneficia vacantia tempore vacationis Episcopatum ad collationem, presentationem, electionem, & quamcumque aliam dispositionem Episcoporum pertinentia, apponuntur duæ exceptiones per illa verba: non tamen ad collationem cum alio, vel alio, aut etiam alterius presentationem, vel electionem pertinentia. Prima exceptio fuit posita propter ea que habentur in c. un. Ne sede vacante. lib. 6. ut tetigit supra n. 2. Secunda verò propterea que habentur in d. cap. de instit. eod. lib.

Et ob eandem rationem Vicarius Capituli, Sede vacante, potest instituire concursus Parochialium vacantium & magis idoneum eligere ad præscriptum Concilii Trident. cap. 18. sess. 24. Nam magis idoneo reperto inter probatos ab examinatorebus sinodaliibus debetur præelectio ex iustitia, ita ut si fuerit postpositus possit appellare & provocare præelectum ad novum examen ex Constitutione Pii V. 33. in conferendis, ut plene adnotavi in cap. Eam te, supra d. etat. Et qualiter. Unde cum actus præelectionis sit jurisdictionis necessaræ merito transit in Vicarium Capituli Sede vacante ex prædictis, licet Capitulum in hoc se ingerere non possit.

Porrò in Sac. Congregatione Concilii fuit actum de observandis in examinibus faciendis pro collatione Parochialium, Sede Cathedrali vacante; & ita concepta fuit declarationum formula per manus transmissa & à Sanctissimo approbata Imprimis Capitulum nullam sibi in hisce examinibus auctoritatem vendicabit, sed constituet officialem, seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi, prout mandat Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 16. Is Vicarius sic constitutus obibat illa omnia munia, quæ Concilium sess. 24. cap. 18. statuit obeunda ab Episcopo, seu ejus Vicario, cum Parochialis Ecclesiæ vacatio contingerit; & in specie statim habita notitia vacationis Ecclesiæ & antequam ullum fiat examen, constituet idoneum in ea Vicarium cum congrua fructuum portionis assignatione, reservatis reliquis fructibus is, quibus jure videbitur. Hic autem Vicarius in Parochiali positus ejus onera sustinebit, donec ei de Rectore provideatur. Postea per eisdem publicum vocabit omnes, qui voluerint examinari pro obtinenda Parochiali vacante. Deinde examinabit eos qui concurrerint, adhibitis etiam aliis examinatorebus, saltem tribus, quorum votis, si paria, aut singularia fuerint accedere possit ipse Vicarius quibus magis ei videbitur, Curabit idem Vicarius ut singulis annis à Diocesana Sinodo probentur examinatorebus saltem sex, ex quibus res ipse eliget, eosque congregabit, qui factum examen perficiant ad singulas Parochiales vacantes & si duo, vel unus tantum ex dictis examinatorebus etiam cum Vicario, vel omnes tres, aut etiam sex absque Vicario se ipsos congregaverint; & examen perfecterint, nullum erit. Et si ex dictis sex examinatorebus aliqui intra annum suæ electionis mortui fuerint, tota facultas examinandi ad superites, etiam si unus tantum superesset, spectabit eo anno durante. Si con-

tingat sequentibus annis nullos alios examinatorebus eligi in Sinodo Diocesana, illi sex, qui semel precedente anno ex Decreto Concilii fuerint electi, pro legitimis habeantur etiam post lapsum anni suæ electionis & sic in officio perseverare possint donec alii, servata forma Concilii, electi fuerint. Et si ex dictis sex examinatorebus aliqui mortui fuerint, curabit Vicarius, ut lapsò anno alii in locum demortuorum sufficiantur, seu eligantur in Sinodo Diocesana, alioquin qui supererunt, pro legitimis non habeantur. Examen & Approbatio pro legitimis non habeantur ad Parochialem vacantem, si ante ad alias Parochiales, quæ prius vacaverint, fuerint facta, ita ut non sufficiat, quem judicatum fuisse idoneum præteritis mensibus, aut annis ad aliquas Parochiales, sed temper opus sit novo examine & nova approbatione ad ipsam Parochialem, de cujus collatione singulis vicibus agitur & examinatorebus ex pluribus examinatis non unum solum, sed plures, quos judicaverint idoneos significavit Vicario & ex illis pluribus idoneis pro examinatorebus judicatis, non ipsi examinatorebus, sed solum Vicarius eliget, quem ceteris magis idoneum judicaverit. Hæc enim facultas nullo modo examinatorebus competit, cum soli Episcopo à Concilio sit attributa, cujus loco erit Vicarius, Sede vacante. Ipse etiam solus Vicarius absque examinatorebus scribit litteras ad sanctissimum D. N. ad quem collatio Parochialis spectabit, quibus præcipue testabitur propositum fuisse edictum & examen per concursum factum, & quoque examinatos fuisse, & ex examinatis tot idoneos à tribus saltem examinatorebus judicatos, se verò ex illis idoneis talem ceteris magis idoneum judicasse, et eligisse.

Capitulum, aut Decanus Cathedralis Ecclesiæ nullum sibi jus vindicet proponendi edictum, aut deputandi, seu eligendi, vel convocandi coram se examinatorebus, nec jubendi, aut curandi, ut coram se, aut examinatorebus deputatis, ab eo examen fiat, minus eligendi magis idoneum, aut litteras testimonialis de eo scribendi. Sed hæc omnia, ut supra dictum est, exequetur partim Sinodus Diocesana, partim Vicarius, Sede vacante, constituendus, quem Capitulum omnino constituit debet ex d. c. 16. Multò magis idem Capitulum abstinere à conferendo Parochialem vacantem in commendam temporalem ei, qui magis idoneus fuerit judicatus, maxime etiam caveat, ne concedat omnes fructus ipsius Parochialis eidem d. Commenda durante. Quoniam Conc. hæc omnia prohibuit, dum statuit debere Episcopum statim habita notitia vacationis Parochialis idoneum in ea Vicarium cum congrua fructuum portione constituit, quod munus obibat, ut supra dict. est Vicarius præcise Sede vacante deputatus. Cavebitque & ipse à dicta commenda & à concessione omnium fructuum. Et illud quoque sibi interdixit sciet, ne eum, quem magis idoneum ipse judicaverit, constituat Vicarium in Parochiali, aut ei quoquomodo præficiat, donec collatio fiat, sed debet omnino à principio vacationis & antequam ullum examen fiat constituit in ea alium Vicarium, qui curam animarum interea gerat, donec Parochialis fuerit à Sede Apostolica magis idoneo collata.

Sed quaeritur, an Vicarius Apostolicus deputatus cum Jurisdictione tam contentiosa, quam voluntaria ad Episcopum pertinente, excepta tamen facultate Beneficia Ecclesiastica conferendi & litteras commendatitias & dimissorias ad Sacros Ordines concedendi, possit edicta proponere pro concursibus Parochialium vacantium instituentis & magis idoneum eligere. An verò id jus ad Episcopum spectet, juxta formam d. c. 18. sess. 24.

De hoc dubio consultus de mandato Sanctissimi D. N. Innocenti X. in casu Archiepiscopi Beneventani, respondit hujusmodi facultatem pertinere ad Vicarium Apostolicum, quia cum fundatam habeat intentionem super exercitio Jurisdictionis Episcopalis tam contentiosæ, quam voluntariæ ex forma litterarum Apostolicarum & excipiatur tantummodo duo casus, videlicet beneficia conferendi & litteras commendatitias & dimissorias concedendi, talis exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis, l. Quæstio, §. Denique Neratius, ff. de fund. instr. cap. Dominus 32. quest. 7. Sicut Visitator datus à Metropolitanano cum administratione Spiritualium & temporalium, excepta beneficiorum collatione, ut in cap. Ecclesiæ, §. ult. de suppl. negl. Prælat. lib. 6. In aliis videtur potestatem habere quasi per exceptionem firmat regulam, ut dicit glossa in clem. 1. in verbo Capituli de heret. post Joan. Monach. in d. c. Ecclesiæ, n. 4. Præsertim verò, quia Vicarius Apostolicus nisi obtinere illa exceptio in litteris suæ commissiois apposita; possit etiam beneficia conferre ad instar Visitatoris dati à Papa Ecclesiæ vacanti, qui in Spiritualibus & temporalibus administrat & beneficia confert, ut in d. §. hujusmodi; & hic notat glossa in verbo non potest & communiter Doctores.

Et confirmatur quia jus instituentis concursus & eligendi dignorem inter probatos ab Examinatorebus Sinodaliibus est quid omnino diversum à collatione beneficii & ex uno ad aliud

aliud non inferitur, argum. cap. In illis, §. Illis, de Præb. lib. 6. Clem. 1. & ibi glossa in ver. Quomvis, eod. tit. Dixi in cap. Nullus, n. 23. supra de de elect. Ideoque Concilium Tridentinum in d. c. 18. vers. Prædicto, sess. 24. statuit ut inter probatos ab Examinatorebus Sinodaliibus Episcopus cum eligat, quem ceteris magis idoneum judicaverit atque illi & non alteri collatio Ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre & sic alius eligat, alius confert. Unde & in Parochialibus affectis & reservatis Papa confert, sed Episcopus ex d. c. 18. & Bulla Pii V. 33. in conferendis instituit concursum & eligit dignorem. Similiter Vicarius Capituli, Sede vacante, non potest beneficia conferre, ut hic probatur & constat ex dictis supra in ult. notab. & tamen potest concursus instituire & dignorem eligere ut ex sententia sacre Congregationis ostentum est supra, n. 17. & seqq. Item Vicarius Episcopi sine speciali commissione non confert beneficia, ut c. fin. de offi. Vicar. lib. 6. & tamen impedito Episcopo instituit concursum ut habetur in dict. c. 18. vers. Transito constituta tempore. Item Sacra Congregatio Concilii in causa Burgensi. censuit Capitulum habens jus conferendi non posse edicta proponere pro concurrentibus, sed hoc jus pertinere ad Archiepiscopum ut in subjecta declaratione videbitur.


Cardinalis Pæcho Episcopus Burgensis petiit declarari, quando collatio Parochialis etiam ab immemorabili tempore pertinet ad Capitulum Cathedralis vel Collegiatæ Ecclesiæ vel ad alium inferiorem, an ad eundem occurrente illius vacatione pertinere possit edictorum postio ad vocandos opositores an verò ad Episcopum tantum die 17. Septembris 1574. Sac. Congregatio censuit si beneficium sit in Diocesi Burgensi. spectare ad Episcopum propositionem edictorum. Et cum idem petiit declarari Archiepiscopus Compostellanus, die 15. Junii 1575. eadem Sac. Congregatio censuit respondendum ut in Burgensi.

Igitur ex eo quod Vicarius Apostolicus non possit beneficia conferre, non rectè inferitur ut non possit edicta pro concurrentibus proponere & magis idoneum eligere; sicut & converso non rectè inferitur Archiepiscopus habet collationem beneficiorum, ergò & jus instituentis concursus.

Sed objicit, aliquo prohibito, omne id prohibetur per quod pervenitur ad illud, ut l. Oratio ff. de sponsal. cum pluribus concord. de quibus ibi, in gloss. unica & per Joan.

Andr. in c. Cum quid prohibetur n. 1. de res. lib. 6. Sed Parochialis Ecclesiæ collatio prohibita est Vicario Apostolico in litteris suæ deputacionis, Ergò videtur etiam prohibitus concursus & electio magis idonei, per quæ pervenitur ad collationem, licet prohibito Matrimonio prohibentur etiam sponsalia per quæ pervenitur ad Matrimonium, ut in d. l. Oratio, & notat Joan. Andr. ubi supra; & eo magis quia concursus & præelectio dignioris sunt veluti præambulum & antecedens necessarium ad collationem Parochialis Ecclesiæ, cum aliter facta collatio non teneat ut, in d. c. 18. ad fin. vers. Alias provisiones, sess. 24. Prohibito autem consequenti censetur etiam prohibitum omne necessarium antecedens ut l. 2. §. Mutui datio, & ibi glossa in ver. In creditum, ff. Si certum petatur & notat Joan. de Platea in l. 1. Cod. de Delatoribus, lib. 10. cum siml. ut per Everardum in sua centuria legali in loco à destructione consequentis ad destructionem antecedentis n. 1. & 2.

At responderetur huic argumentationi inesse fallaciam quia 39 major propositio desumpta ex regula, d. l. Oratio, procedit in consequenti prohibito simpliciter & absolute; tunc enim destructo consequenti, destruitur etiam necessarium antecedens. At collatio Ecclesiæ Parochialis non est prohibita simpliciter & absolute, imò potest & debet fieri per eum, ad quem pertinet, ut in d. c. 18. sed tantummodo prohibetur Vicario Apostolico, unde consequenti non destructo, non licet inferre ad destructionem antecedentis, sed unus confert & alius eligit ut ex dictis constat. Præterea dictum argumentum procedit tantum, quando consequens est perpetuum prohibitum tunc etiam prohibitum antecedens, ut in dict. l. Oratio, secus verò si consequens non sit prohibitum perpetuum ut in hoc casu, in quo post concursum fieri debet collatio ab eo ad quem spectat; quia tunc non est prohibitum antecedens, ut l. Si quis officium, in princ. ff. de rit. nuptiar. & post alios declarat Everard ubi supra num. 4. circa fin. vers. Vel poterit dicere aliter & ita resolutum in Congreg. particulari die 8. Novembris 1648. videlicet jus instituentis concursus Parochialium Ecclesiarum vacantium in civitate, & Diocesi Beneventana & eligendi magis idoneum ad præscriptum Concilii Trid. cap. 18. sess. 24. non ad Archiepiscopum, sed ad Vicarium Apostolicum pertinere, quam resolutionem in Signatura Gratæ Sanctissimus approbavit die 19. Julii 1650.



DE HIS QUÆ FIUNT A PRÆLATIS SINE CONSENSU CAPITULI.

Innocentius III. Archiepiscopo, & Magistro Scholiarium Bituricem.

CAPUT VII.

CUM Apostolica sedes: & infra. Sanè sicut accepimus, cum ex una parte Capitulum Sancti Stephani, & ex altera Monachi de Platea, super decima quadam in veltro compromissifit arbitrium, Dicti Monachi proponebant, donationem ipsius decimæ sibi à quodam milite factam, & Bituricem. Archiepiscopi Diocesani ejus accedente consensu confirmatam fuisse, seque auctoritate Hieronimi munitos existere, qui scribens ad Damasum ait: Si aliquando fuerint à laicis malè detenta, quæ divini juris esse noscuntur, & in usum transferint Monachorum, Episcopo loci præbente consensum, constabunt eis omnia perpetua firmitate subnixæ. E contrario pars allegabat adversa, consensum Episcopi sine Cleri consensu minus sufficere, auctoritate Leonis Papæ dicentis, Ne quis Episcopus de rebus Ecclesiæ quidquam donare, vel commutare, vel vendere audeat; nisi forte aliquid horum faciat, ut meliora proficiat, & cum totius Cleri consensu atque tractatu id eligat, quod non sit dubium Ecclesiæ profuturum. Quia verò nos consulere voluistis, utrum quando decima tenetur à laico, si conferat Ecclesiæ, ad confirmandam donationem consensu Episcopi sine Cleri consensu sufficiat? Taliter respondemus, quod monendus est laicus, qui decimam detinet, ut eam restituat Ecclesiæ, ad quam spectat; qui si forte induci nequiverit, & eam cum Diocesani consensu alteri Ecclesiæ assignaverit, præsertim re-

Fagnan. in III. Lib. Decretal.

ligioso Conventui; constabit ipsa donatio perpetua firmitate subnixa. Autoritates enim præmissæ, licet diversæ sint, non tamen adversæ, cum aliud sit alienare quod ab Ecclesia possidetur; & aliud quod detinetur à laico, ad usum Ecclesiasticum revocare. In alienatione quoque juxta Leonis Papæ decretum consensus Episcopi sine Clerico- rum consensu non sufficit. In revocatione autem juxta scriptum Hieronimi sufficit con- sensus Episcopi; cum per utrumque utilitati Ecclesiæ consulatur. Nam & in Latera- nen. Concilio est inhibendum, ne quælibet religiosa persona, Ecclesias & decimas de manibus laicorum sine consensu Episcoporum recipiat; per quod indirectè datur in- telligi, quòd sufficit consensus Episcopi, ut licitum Ecclesiæ sit decimas de manibus recipere laicorum. Hoc autem de illis decimis intelligimus, quæ laicis in feudum per- petuò sunt concessæ.

SUMMARIUM.

- 1 Decimarum donatio, quas laici ante Concilium Lateranense habuit in feudum facta per eum Ecclesia de solius Diocesani consensu, valida est.
2 Lateranense Concilium sub Alexandro III. quo tempore fuerit celebratum.
3 Laici etiam hodie licet possint decimas possidere, quas ab Ecclesiis obtinuerunt ante Concilium Lateranense.
4 Decimarum in feudum in laicum qua tempore primùm fuerit prohibita.
5 Laicus in perceptione decimarum non potest se tueri immemorabili præscriptione, sed necessarius est titulus & n. seqq.
6 Immemorabilem habens potest allegare meliorem titulum de

- mundo.
7 Fallit in laico quoad spiritualia propter ejus incapacitatem.
8 Immemorabilis sola non suffragatur laico in perceptione decimarum.
9 Nisi laicus possiderit decimas tanquam vassallus & ut talis fuisset agnitus ab Ecclesia n. 11.
10 Vel nisi unà cum immemorabili concurrat fama privilegii num. 12.
11 Et quid post Bullam Urbani VIII. num. 13.
12 Immemorabilis est infinita & capit omne tempus.
13 Laici nec ante nec post Concilium Lateranense fuerunt decimarum capaces.

Um Apostolica. Tenet donatio, quam de solius Diocesani consensu facit laicus Ecclesiæ de decimis quas ab Ecclesia habuit in feudum ab antiquo. Hoc dicit, secundum omnes. Dividitur ut hic per Joan. Andr. & DD. & intelligit hunc text. secundum Abb. n. 11. de decimis in feudum concessis laico ante Conc. Lateranen. sub Alexandro III. c. 9. relato in cap. Cum & plantare, infra de privil. & in 1. compilat. Decretal. cap. 3. eodem tit. Quod fuit celebratum Romæ in Basilica Lateran. an. Domini 1179. secundum Joan. Andr. hic num. 9. cum quo Abb. numer. 11. in fin. & alii transierunt & quamvis alii aliter feriant; tamen hæc est ipsa veritas, ut patet ex Bulla indicationis Concilii, que habetur tom. 3. Concilior. par. 2. pag. 553. & in Bullar. tom. 1. pag. 29. que est nona & ult. inter Constitutiones Alexandri III. ubi patet hoc Concilium fuisse indictum ab Alexandro III. Calendis Octobr. anno 1178. Illius Pontificatus 19. pro prima Dominica adveniens Quadragesimæ. Olim namque ut Ecclesia auxilium habere à Christianis, dispensativè concessit ut laici possent decimas in feudum, sed postea hoc fuit revocatum & decre- tum ut deinceps non concederentur; prius tamen concessis penes vassallos remanserunt. Unde etiam hodie laici licet possint possidere decimas quas ab Ecclesiis obtinuerunt ante Lateran. Concilium, ut hic patet & apertius in cap. Statuti, §. Sanæ de decimis, lib. 6. & ibi omnes maximè Anchar. n. 11. in notab. Et quamvis aliqui opinentur hanc prohibitionem in feudationis, seu translationis decimarum in laicos, factam fuisse in Conc. Turonen. ab Urbano II. ut in cap. Decimas, il. 4. 16. qu. 7. & in usibus feudorum in tit. Episcopum, vel Abbatem cap. 1. Aliud est, §. Item si Episcopus ne Abbas in tit. Omnibus modis feudum amittatur. Et in hac opinione fuerit Host. hic num. 9. in ver. Concessa; tamen Archid. in cap. Statuto, §. Illas autem, in 7r. de decim. lib. 6. verius putat istam prohibitionem, primò factam fuisse non in Conc. Turonen. Congr. an. Dom. 1096. Sed per Alex. Papam III. in Conc. Romæ habito in Basilica Later. ann. 1179. quia jura loquentia de ista materia non lo- quuntur de Turonen. sed de Later. prout etiam notat glof. 1. in cap. Casam quæ, supra de præser. & patet ex supra- scriptione illius Decretalis. Cum & plantare, de privil. Nec refragatur decretum illud Urbani; quia de decimis nullam facit mentionem, sed generaliter prohibet res Ecclesiasticas in feudum concessi, ut observat Henr. Boich. in c. Quamvis num. 3. infra eod. ubi etiam plene videas an & quibus casibus laici possint decimas sibi concessas licite retinere. Sed hic insurgit dubium pulcherrimum & usi forensi frequen- tissimum videlicet. Quid dicendum si probari non possit decimas fuisse concessas in feudum laico ante Conc. Later. forte, quia probationes perierunt ob temporis longiquita- tem, sed tamen laici possident decimas per tantum tempus, ut illius contrari non extet memoria, numquid possit se tueri immemorabili præscriptione ita ut Ecclesia non possit has decimas sibi vindicare?

Breviter concludendum pro Ecclesia, quia de jure com- muni Parochialis fundat intentionem in perceptione decima- rum prædialium ex fructibus qui colliguntur infra limites, Parochiæ suæ, c. cum contingat & hic glof. 2. Host. n. 11. Butr. in 2. notab. & exteri omnes & c. cum in tua, infra de decimis. Ergo nisi ex parte laici probetur titulus, Ec- clesia debet obtinere, c. 1. de præscript. lib. 6. c. ad decimas de restit. spoliator. eod. lib. & c. cum Ecclesia supra de caus. possess. & proprietas. Nec obstat præscriptio, quia laicus non potest decimas possidere; ac proinde nec præ- scribere, ut in c. Casam de præscript. Et quamvis immemo- rabilis regulariter habeat vim tituli, lege Hoc jure §. Doctus aqua, ff. de aqua quot. & assiv. ita ut habens pro se im- memorabilem, possit allegare meliorem titulum de mundo, ad glof. finalem in c. in aliquibus v. Quia Clerici vel Ec- clesia de decimis; & dixit Rota dec. 642. n. 4. part. 4. divers. & in recent. dec. 150. n. 4. part. 5. & sæpè aliàs. Tamen hoc limitatur ut non procedat quoad laicos, quia detentio immemorabilis tunc non habet vim tituli propter illorum in- capacitatem, glof. 1. in c. Illud 93. dist. 8. egregè probant Joannes Monachus & Joannes Andreas in c. 2. n. 6. de præb. lib. 6. Card. conf. 57. n. 3. Abb. hic n. 13. vers. Nota tamen bene & in c. Quanto n. 2. de consuet. Felin. in c. cum contingat n. 4. vers. Secundò fallit, de foro compet. Balbus de præscript. in 1. partis principalis in 7. questione numero 53. Paris. in c. Cum nobis numero 6. de præscript. Et ita solam immemorabilem præscriptionem laico non suffragari in perceptione decimarum firmant hic Host. n. 10. Abb. d. n. 13. vers. Nota tamen bene & alii commu- niter, Joannes Monachus & Archid. in c. de decimis lib. 6. Federicus de Senis conf. 234. super primo n. 3. vers. Item potest pone exemplum in laico. Et pluribus aliis relatis arti- culoque accuratè discussio resolvit Rota in Tolertana juria decimandi, quæ est decisio 215. parte 2. divers. ubi clarè ostendit hanc esse magis receptam opinionem pro qua etiam plurimos cumulat Anton. Gabriel in tit. de præscript. concl. 1. n. 16. Nec obstat si dicatur: Laici ante Concilium Lateranense erant capaces decimarum, ut hic & in d. c. cum & plantare & immemorabilis percipit etiam tempus ante hoc Con- ciliū; cum sit infinita & capit omne tempus, ut dixit Rota in Placentina decimarum 29. Maii 1587. coram Urbano & in Comen. decimarum 10 Aprilis 1590. coram Orano. Nam respondetur imò laicos nunquam fuisse capaces juris decimandi, ante nec post Concilium, ut bene explicat Rebus. in tractatu de decimis, quest. 13. n. 79. Guidopapa decis. 61. Rota decis. 193. n. 19. parte 7. recent. Conclusionem superius firmatam declarat notabiliter Joan. Andr. hic num. 9. vers. Satis videtur contrarium, ut locum non habeat si laici ab immemorabili tempore possiderent decimas tanquam vassallus; & ut talis fuisset agnitus ab Ecclesia. Vel nisi unà cum immemorabili concurreret fama

seu communis opinio privilegii. Et cum hac declaratione transeat hic plerique ex Doctoribus, ut Abbas restatur n. 12. vers. Et cum hac opinione, subdens illam esse satis æquam, quia aliis ob defectum probationis sepe laici privarentur jure suo de communis. Rebuff. de decimis qu. 13. n. 96. alios refert Anton. Gabriel de præscript. dist. conclus. 1. n. 18. Et ita laicum posse decimas prædiales percipere; si vel exhibeat titulum privilegii Apostolici; vel probet immemorabilem unà cum ipsius privilegii fama, multoties firmavit Rota, ut in d. dec. 215. n. 2. & 7. parte 2. divers. & in recent. dec. 298. n. 2. part. 3. & dec. 56. n. 1. part. 7.

Tu verò dicas hanc limitationem hodie non procedere, 13 quæ ex Bulla sanæ memoriæ Urbani VIII. incipienti Romanus Pontifex, edita 5. Junii 1641. cassantur quæcumque præ- judicialia Sedi Apostolicæ vel jurisdictioni, immunitati aut libertati Ecclesiæ, Ecclesiis & personis Ecclesiasticis eorum- que bonis ac juribus, etiam cum immemorabili concurrat fama privilegii Apostolici, ut scripti latissime in capite Conjuratidines, supra de consuet. præsertim num. 55. 57. 72. & 74.



DE HIS QUÆ FIUNT A PRÆLATIS SINE CONSENSU CAPITULI.

Idem Innocentius III. Episcopo Helieni.

CAPUT IX.

Pastoralis Officii diligentia: & infra. Præterea quævisisti (cùm autoritate Dionisii Parochiæ limitatæ) quatenus singularum Parochiarum proventus, in usus Ecclesiæ cederent necessarios, & stipendia ministrorum, si Episcopo liceat sine autori- tate summi Pontificis, vel saltem sine Capituli sui voluntate, viris religiosis conferre obventiones alicujus Parochialis Ecclesiæ, sustentatione Vicarii reservata. Et cùm Lateranen. Concilii statuta prohibeant, Ecclesiis novam imponi vel augeri veterem pensionem, postulas edoceri, an Episcopus valeat religiosis, consentiente patrono, novam Ecclesiam, vel de novo conferre aliquam portionem, Ad quod breviter respon- demus, quòd salva constitutione Canonica, de concedenda piis locis quinquagesima portione, neque primum neque secundum facere potest Episcopus (nisi de licentia Romani Pontificis) præter Capituli sui voluntatem.

SUMMARIUM.

- 1 Parochiales Ecclesias vel obventiones ipsarum Episcopus etiam de consensu patroni sine consensu Capituli sui Monasterio conferre non potest.
2 Parochias singulas an primus distinxerit Dionisius Papa.
3 Parochi non sunt in totum Domini fructuum & oblatio- num; sed dispensatores & n. 30. & 31.
4 Dispensare an possit Episcopus contra Concilium Generale de sui Capituli consensu.
5 Pensionem an possit Episcopus imponere cum consensu Ca- pituli super fructibus beneficiorum sua Diocesis.
6 Quinquagesima vel centesima reddituum Ecclesiasticorum, an & quando ab Episcopo assignari possit Monasteriis vel piii locis.
7 Et an ex fructibus mensæ Episcopalis tantum; an verò etiam ex fructibus Ecclesiarum sibi subjeçarum.
8 An requiratur consensus Capituli n. 9.
9 Exceptio debet esse de regula, aliàs est inepta & impertinens & num. seqq.
10 Ecclesiam secularem non potest Episcopus in regularem erigere nec Monasterium de novo construere sine con- sensu Capituli.
11 Alienationes rerum Ecclesiæ quæ fiunt ex necessitate juris, non requirunt solemnitatem, sed si sunt voluntariæ: licet ex causa utilitatis vel necessitatis Ecclesiæ.
12 Fratres Minores possunt vendere bona immobilia sub modo licito, sibi legata sine ulla solemnitate.
13 Parochialis Ecclesia fundat intentionem de Jure communi super omnibus redditibus Spiritualibus infra limites Parochiæ suæ & n. 16.
14 Obligationes factæ imagini alicujus Sancti depictæ in pariete extra Parochialem; sed infra limites Parochiæ cui debeantur & n. seqq. usque in finem.
15 Imagines Sanctorum sunt res Religiosæ quarum usum fructum privatus habere non potest.

- 16 Obligationes factæ ubi vis locorum infra limites Parochiæ, debentur Parochi.
17 Ampliatur sex modis à n. 19. usque ad n. 29. & de- clarantur quinque à d. n. 29. usque in finem.
18 Proventus Spiritualium appellatione veniunt decima, primitivæ, oblationes, mortuaria, fructus & redditus ex Parochia proventus.
19 Obventionum verbum est valde latum & comprehendit decimas & alios redditus Spirituales cujuscumque sint qualitatis.
20 Consectudo ut oblationes factæ imagini alicujus Sancti debeantur laico Domino muri ubi depicta est illa imago, non valet.
21 Etiam respectu administrationis, num. 20.
22 Fallit n. 21. & 22.
23 Oblationes res Spirituales sunt, quarum laici non est capax & n. 23. & 29.
24 Laicus potest esse collector oblationum & fructuum decima- rum, non jure proprio; sed ex deputazione Parochi & tanquam nudus minister.
25 Confraternitates laicorum ex consuetudine possunt reci- pere oblationes, dummodò nihil sibi applicant; sed in piis usus totum convertant.
26 Laico Domino muri ubi Sacra imago depicta est, non potest Episcopus concedere ut oblationes dispenset ad libitum suum.
27 Oblationes factæ Sacrae imagini existentis in Capella seu Oratorio infra limites Parochiæ, debentur Parochi; non autem Capellano hic instituto.
28 Idem, si sunt ad Altare in Capella alicujus Ecclesiæ.
29 Oblationes quæ sunt Sacrae imagini existentis in Cate- drali, non quaruntur Episcopo; sed Archiepiscopo cura animarum hic exercenti.
30 Oblationes factæ Presbitero celebranti, sunt ResBona

- 28 Nisi sit Episcopus qui Massam celebrat etiam in Parochiali.
- 29 Oblationes cedant Parocho in dubio tantum, sed si appareant facta alterius contemplatione vel in alium usum sint destinatae ex via intentione offerentium.
- 30 Oblationum administratio spectat ad Parochum, non ut sibi applicet sed ut dispenset in usus ob offerentibus praescriptis.
- 31 Oblationes, an & quomodo a Parocho sint dividenda.
- 32 Oblationes quaruntur Episcopo, si locus ubi depicta est Religiosa imago, non sit intra fines alius Parochiae.
- 33 Canonica portio, an de oblationibus Episcopo debeatur.
- 34 Oblationes quae sunt in Ecclesiis Regularium quaruntur Monasterio pro Monachis hic servientibus.
- 35 Monasteria exempta, quomodo sint in Parochia vel in Diocesi, tamen non sunt de Parochia nec de Diocesi.
- 36 Consecutio ut oblationes non debeantur Parochialis; sed alteri Ecclesiae vel personae Ecclesiasticae, valida est.

Pastoralis, Episcopus Parochiales Ecclesias vel obventiones ipsarum etiam de consensu Patroni, sine consensu Capituli in Monasterio conferre non potest. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. In prima ponitur duplex questio. In secunda communis responsio hic ad quod.

Nota primò hic auctoritate, Parochias singulas fuisse à Dionisio Pontifice distinctas ac limitatas, quod falsius patet ex illius Epistola secunda Severo Episcopo, quae refertur in c. Ecclesias 13, qu. 1. & habetur integra, tamen primo Concilio, parte primâ, paginâ 159. col. 2. & ex hac littera deceptus Abbas hic in primo notat. putavit Parochias antea non fuisse divisas, quia Sacerdotes simul regabant populum; idemque fuisse in Episcopatus in primitiva Ecclesia. Sed utrumque est falsum. Constat enim hanc Parochiarum distinctionem non primùm à Dionisio; sed ab Evaristo factam fuisse. Verùm cum in perfectione Valeriani publico Edicto Christiani ab Ecclesia arcerentur eorumque Conventus in Coemeteriis prohiberentur, Ecclesiarum, Parochiarum & Coemeteriorum consuetudo facta est; sed Valeriano vitâ sancto & restructâ per Gallienum pace Ecclesiae & liberâ facultate adeundi Coemeteria, Dionisius Ecclesias Recloribus propter Martirium vel exitum spoliatis, singulis Presbiteris dedit iterumque Parochias & Coemeteria divisit. Lege Cardinalem Baronium ad annum 270. n. 17. notat ad Concilium sub Dionisio Papa, tamen primo Conciliorum, parte primâ, eadem paginâ 159. Tertium verò Episcopatum ante tempora Apostolorum in penitentia fuerunt distincti, ut c. 1. 80. dist. & notat glossa prima in d. c. Ecclesias 13, qu. 1. & scripsi plenius in c. Nullus infra de Paroch. Nec verum est in primitiva Ecclesia non fuisse Episcopos; sed solos Presbiteros rexisse populum, ut dicit in c. Quamvis, supra de consuetudine, ubi hanc errorem latissime confutavi à num. 6. usque ad n. 20.

Secundò nota hic necessarios, Ecclesiarum Rectores non esse in totum Dominos fructuum & oblationum; sed dispensatores, eum ad hoc illarum redditus ab initio fuerint deputati, ut in usus Ecclesiarum cedant necessarios & stipendia Ministrorum, ut hic dicitur. Quod facit contra eos qui omnia sibi applicant, ut notatur in c. Ratio & c. Cum secundum, supra de prob. & per Divum Thomam in 2. 2. qu. 86. art. 2. in corpore; & vide quod dicam infra n. 30. & 31. Item facit contra eos qui dant hincionibus vel alias prodigi expendant, c. Donare 86. dist. secundum Host. hic n. 1. 2. & 4. Joannem Andream n. 2. in verbo Necessarios, Butr. num. 3. Card. n. 2. & Imol. n. 1. De hac materia vide quae scripsi in c. Si quis sunt, infra de pecul. Clericorum. Tertio nota hic Lateranensis Concilii statuta, Episcopum de sui Capituli consensu posse dispensare contra statutum Concilii Generalis, ut clarè videtur probare iste textus ad hoc non ponderatus à Doctoribus; nam Concilium Lateranense sub Alexandro III. interdixit novam pensionem Ecclesiis imponi vel veterem augeri, ut hic refertur & habetur in c. Prohibemus infra de censibus; & tamen hic Pontifex videtur determinatè à contrario sensu Episcopum piis locis pensionem constituere super fructibus Parochialium Ecclesiarum absolute benedictione Apostolica, dummodo id non faciat praeferat sui Capituli voluntatem. Verum hoc non admittit, ut latissime probavi in c. Nihil supra de fil. Presbit. & ad hunc textum respondeo Papam hic non decidere affirmativè, ut Episcopos hoc possit cum consensu Capituli; sed negativè, videlicet ut non possit praeferat Capituli voluntatem. Hinc autem non licet arguere à contrario, ergo cum voluntate Capituli potest, quia argumentum à contrario sensu non redè sumitur ubi illius argumenti contrarium reperitur in Jure expressum, sicut reperitur hoc casu in d. c. Prohibemus. Ita declarat Joannes Andreas in

- 37 Oblationes, scilicet novi Sacerdotibus dum celebrant primas Missas, quaruntur ipsis & non Parocho.
- 38 Aliter offerentium recipi interpretationem à consuetudine.
- 39 Sacerdotes novi non prohibentur primas Missas celebrare & in illis post offerentium in medio Altaris ad populum se convertere & oblationes accipere à sponte dantibus; sed per amonitiones per Ecclesiam & extorsiones prohibentur.
- 40 Parochi diebus Festis possunt post offerentium in medio Altaris vertere se ad populum; & invitando ad oblationes, manuum vel aliud offerentibus praebere deosculandum, sed altis Sacerdotibus hoc non licet.
- 41 Parochi, sicut consuetudine, possunt recedere ab Altari post offerentium & ad inferum locum Ecclesiae accedere ad recipientes mulierum oblationes.
- 42 Oblationes an possunt laicis locari aut vendi & num. seqq.
- 43 Laicis non licet de Altari immediatè oblationes accipere.

Publicato n. 18. supra de elect. & ex hoc videtur satis dubia opinio Abbatis hic n. 6. Qui ex hoc textu colligit Episcopum cum consensu Capituli sui, posse imponere pensionem Ecclesiae abundantiam in favorem Monasterii ad sustentandam vitam Religiosorum; atque ita non solum Papam, sed etiam Episcopum posse Ecclesiae pensionem imponere, dummodo detrahât pensionem superius redditus competentes ad sustentationem Rectoris; alias enim non debet unum Altare disceperit ut aliud cooperaret, c. Cum causam, supra de prob. & ad hoc multum extolli istum textum. Sed ut praedixi, hoc non videtur verum, quia oblat Generalis Concilium contra quod Episcopos dispensare non potest, ut est textus in Extravaganti Joannis XXII. Sancta Romana, §. Quidam autem, etiam ex magna causa scripti in dicta Decretali Nihil de fil. Presbiter. à num. 11. usque in finem; & hoc intellige si pensio sit perpetua, ut per Gigan. dispens. quae 6. num. 4. vers. supra dictam conclusionem. Sed an Episcopos possit pensionem imponere super fructibus beneficiorum suae Diocesis ad vitam pensionarij; & ex qua causa, anve hac facultate ex Decretis Apostolicis aut ex non usu illa adempta fuerit: vide per Nicolaum Garziam in tractatu de benef. parte 1. c. 1. à n. 295. Ego de hac materia scripsi latissime in c. Nisi essent à n. 14. usque in finem supra de prob. hic plenè videas.

Quartò nota ibi, Religiosi, Episcopum posse concedere Monasterio Parochialem Ecclesiam cum consensu Capituli. Hodiè dic contra, ut in Decreto Concilii Trident. cap. 12. vers. In unionibus vero, sess. 24.

Quintò nota ibi, quinquagesima portione, licere Episcopo quinquagesimam partem reddituum Ecclesiae piis locis assignare. Et quidem si Monasterium de novo fundetur, assignare poterit quinquagesimam; si verò Ecclesiam jam constructam voluerit in regularem erigere, seu monasticis regulis informare, aut ibi suas magnificae sepulturas, non amplius licebit ei conferre, quam centesimam, ut in Decreto Concilii Tolerani IX. quod refertur in c. Bonae rei, 12. qu. 2. & declaratur in c. Apostolica, infra de donat. secundum Abb. Antiqui hic n. 1. in ver. Loci piis: Host. n. 4. in ver. Quinquagesima, Joan. Andr. eod. n. & ver. Butr. n. 8. Card. 5. not. & Imol. n. 4. vers. Et nota.

Sed circa hoc duplex occurrit difficultas, Prima est an Episcopus conferre possit hanc quinquagesimam, vel centesimam, non modo ex bonis ad Episcopalem mensam, vel Cathedrali Ecclesiam pertinentibus, prout loquuntur jura praescripta; verum etiam ex redditibus inferiorum Ecclesiarum sibi subiectarum. Petrus de Sampione opinatus est hanc portionem conferri posse ab Episcopo etiam ex fructibus Parochialium Ecclesiarum, & sic cap. Bonae rei, fuisse ampliatum à Cathedralibus ad alias Ecclesias inferiores per hanc Decretalem, nam Pontifex hic proponit questionem de redditibus Parochialium Ecclesiarum; & deinde excipit quinquagesimam. Ergo ut congrua sit exceptio, necessarium intelligi debet de redditibus eorumdem Ecclesiarum, alioquin non esset de regula, & esset impertinens. I. Nam quod li. quide, §. fin. ff. de pen. leg. idem censuit Goffred. hic, & in summa eod. tit. §. fin. & sequitur Abb. Antiqui num. 2. dicens ita consulti fuisse eundem Petrum Magistrum suum in quest. Avenioni fiborta inter Fratres Praedicatorum, & Parochiales Ecclesias. Verum Innoc. num. 1. in fine, asserit Episcopum conferre posse hanc quinquagesimam de redditibus Ecclesiae Cathedralis duntaxat, non autem de redditibus Ecclesiarum sibi subiectarum; & cum eo transeunt Host. n. 5. vers. Dicunt tamen aliqui. Butr. n. 7. & 8. vers. Dicunt quidam, & Abb. Sicul. n. 6. eandem opinionem probat Jo. Calderin. & tutiorè dicit Imol. n. 6. & veterem Cardin. n. 4. in fine, quia hoc cap. in illis verbis, Salva Constitutione Canonica de quinquagesima, & c. refert se ad d. cap. Bonae rei, qui de Cathedralibus loquitur; & ideo dixit, Salva, ne quis crederet illum Canonem fuisse correctum. Praeterea illa Decretalis, Apostolica, est Innocentii III. qui etiam fuit auctor hujus c. Quod si intelligeretur de provenientibus Parochialium, Pontifex videretur sibi contrarius, contra id quod legitur supra in proximo. Adde quod iste textus simpliciter praeter Constitutionem Canonicae de quinquagesima per illa verba, Salva & c. De natura autem praeservationis est, ut nihil addat de novo, sed tantummodo rem conferret in eo itatu, in quo prius reperiebatur, c. Quia intentionis, & c. Ex parte, it. infra de privileg. gloss. 1. & Doctores in c. Cum dilectus, supra de confirm. util. vel inut. Tene igitur cum Innoc. Episcopum non posse hanc portionem conferre locis piis, nisi ex fructibus mensae Episcopalis.

Bonae rei, qui de Cathedralibus loquitur; & ideo dixit, Salva, ne quis crederet illum Canonem fuisse correctum. Praeterea illa Decretalis, Apostolica, est Innocentii III. qui etiam fuit auctor hujus c. Quod si intelligeretur de provenientibus Parochialium, Pontifex videretur sibi contrarius, contra id quod legitur supra in proximo. Adde quod iste textus simpliciter praeter Constitutionem Canonicae de quinquagesima per illa verba, Salva & c. De natura autem praeservationis est, ut nihil addat de novo, sed tantummodo rem conferret in eo itatu, in quo prius reperiebatur, c. Quia intentionis, & c. Ex parte, it. infra de privileg. gloss. 1. & Doctores in c. Cum dilectus, supra de confirm. util. vel inut. Tene igitur cum Innoc. Episcopum non posse hanc portionem conferre locis piis, nisi ex fructibus mensae Episcopalis.

Secunda difficultas est, an Episcopus conferre possit hanc quinquagesimam, vel centesimam sine consensu Capituli. Hugo, & Tancredus tenent etiam hoc casu referri Capituli consensum; quia licet Episcopo permittatur alienatio ex causa utilitatis, vel necessitatis, tamen consensu Capituli est adhibendus, c. Sine exceptione, 12. q. 2. Contrarium tenet Joannes in d. c. Bonae rei, in gloss. 1. & Bernard. hic in gloss. penult. quorum opinio videtur probari in hac Decretali, nam excipio debet esse de regula, ut tenet supra n. 8. & notatur in rubr. de regul. jur. lib. 6. Ergo cum Pontifex faciat primò regulam ut Episcopum non possit portionem reddituum dare sine consensu Capituli, & deinde excipiat hanc quinquagesimam; hinc manifestè apparet hanc dari posse sine Capituli consensu. Quod verum intelligit glossa penultima non oblatè Episcopi juramento de rebus Ecclesiae non alienandis, ut in c. Tua, infra de Eccles. aedific. & in c. Intellectus, supra de jurjur. nemo enim potest Episcopum accusare, quod tempore Dei edicent, c. Aurum, 12. questione secundâ.

In hac contrarietate Host. hic n. 5. putavit sic distinguendum; aut Episcopus vult quinquagesimam dare de redditibus propriis, vel communibus cum Capitulo; & potest sine Capituli consensu, ut innuitur in d. c. Apostolica, §. 1. vers. Unde cum gravat. de donat. licet non sine consensu ut c. Novus, & c. Quanto, supra eod. sequitur Collicar. hic in fine. Aut vult quinquagesimam dare de redditibus Capituli separatis, & tunc requiritur consensu ipsius Capituli, arg. l. Merito, ff. pro soc. Sed aliter distinxerunt Petr. de Sampione, & Abb. Antiqui hic n. 3. Dixerunt enim Episcopum non posse Ecclesiam secularè monasticis regulis informare, id est, in monachalem erigere, aut Monasterium de novo construere, per c. Si Episcopus, 12. qu. 2. sed jam informatè, vel constructè bene posse sine consensu Canonico dare quinquagesimam, vel centesimam, quia ad dandum eum obligat, ut quod Ecclesiam constructam, ut cap. Cum sit de consec. Eccles. vel alter. & ita ad concordiam reduci possunt dissidentes opinionis, & hoc placet Jo. Andr. in fin. Cardin. in 2. quest. Imol. n. 4. in gloss. penult. & communiter Doctoribus sequentibus, ut testatur Abbas Siculus n. 4. vers. Petrus, & Abbas. Ratio hujus distinctionis est, quia in primo casu alienatio licet fiat ex causa utilitatis, vel necessitatis, tamen est voluntaria, cum non sit orta aliqua obligatio ad dotandum. Ad in secundo casu est necessaria, quia ius praecipit illam fieri; & ideo non est opus servare aliam solemnitate. Ex quo notabiliter deducit Abbas n. 5. ut in alienationibus rerum Ecclesiae, quae sunt ex necessitate juris, non sit servanda solemnitas. Secus si sunt voluntarie, licet subsit causa necessitatis, vel utilitatis, nam hic textus loquitur de alienatione, quae fit propter necessitatem Religiosorum; sed tamen quia est voluntaria, id est quia jus non mandat eam fieri, propterea requiritur Capituli consensu. Eandem theoriam posuit hic Anton. de Butr. n. 11. vers. Cr attendatis, dicens. [Sit regula in ista materia quod omnes alienationes, quae sunt necessitatis ex necessitate juris, potest facere Episcopus sine consensu Capituli, non oblatè juramento de non alienando, dum tamen non tangat bona Capituli. Omnes autem alienationes voluntarias, licet propter necessitatem, fecerit non potest sine Capituli consensu; nam multum interest inter alienationem, quam jus vult fieri, quia hic dicitur necessaria & alienationem, quam jus non praecipit fieri, sed propter necessitatem, vel utilitatem Ecclesiae fieri expedire.] Hec Butrus, qui ita conciliat dicta glossarum, & intelligit notata per Doctores in c. Tua, infra de Eccles. aedific. & pro hac distinctione scribit textus in l. Obes, ff. de prob. Minor. sequitur Imola n. 7. vers. Concludit, Sed & Curia hanc theoriam servat. Ideoque à Sacrosanctae Congregationis Concilii responsum est valere legatum immobilium factum Fratris Minorum sub modo licito, nempe ut vendant, & pretium convertant in usum fabricae, vel Scribit, & idem si factum fuit simpliciter, quia sub modo licito factum intelligitur, ut c. Exitus qui seminat, §. Ad hac, qua Fratris de verb. signific. lib. 6. nec in hujusmodi alienatione esse opus solemnitate; quia fit ex regula praescripto & Extravag. Ambrosio, de rebus Eccles. non alienandis. Fagnan. in III. Librum Decretal.

habet exceptionem in ventre ibi, praeterquam in casibus à jure permixtis.

Ultimò nota ibi, singularum parochiarum conventus. Parochialem Ecclesiam habere intentionem fundatam de jure communi super omnibus redditibus spiritualibus infra limites Parochiae suae, prout ex hac littera colligit Host. n. 3. Jo. Andr. n. 1. in ver. Quatenus, Butr. n. 2. Cardin. n. 1. Anchar. Imol. & Abb. omnes in 2. notab. & idem Abb. in c. Dilectus, n. 4. vers. Secus autem est in Ecclesia seculari, supra de offic. ordin. concordant c. Ut dominicus, infra de paroch. c. Quoniam, c. Cum in tua, & c. Dadum, de decim. & latius dicam infra n. 16.

Ex hoc infero ad questionem an oblationes factae imagini alicujus Sancti depicte in pariete extra parochialem, sed infra limites parochiae debeantur ipsi parochiali, nec ne.

Hec est questio quotidiana, & satis dubia propter varietatem opinionum: nam quidam arbitrati sunt ejusmodi oblationes quoad distributionem ad Episcopum pertinere, qui quod debet eas erogare in sustentationem pauperum, sed quoad proprietatem acquiri Deo, vel Sancto, qui per illam imaginem repraesentatur; & in hac opinione vult Angel. de Perus. in sua disputatione, quae incipit: In resurgenti deliciarum palatio, in secundo dubio, & in l. Statuta, ff. de usufruct. ubi plenè disputat hunc articulum, & in aliis locis citatis à Felino, in c. Dilectus in princ. supra de offic. ordin. & ubique allegat gloss. in d. l. Statuta, quae tenet à natata Vultu sancto Luciano esse ipsius vicium. Sed illum reprobat Abb. in d. cap. Dilectus, n. 4. vers. Vnde tamen aliter; & merito quia oblat hoc cap. & alia jura, quae probant Parochialem Ecclesiam fundare intentionem super omnibus redditibus spiritualibus infra suos limites. Quidam verò, quos tacito nomine recentet Ferret. conf. 278. Licet supra hoc articulo, n. 1. putant has oblationes deberi domino parietis ubi illa figura, seu imago depicta est. Verum communiter tenent omnes Doctores oblationes hujusmodi ad dominum muri, seu parietis nullatenus pertinere, ut testatur Marian. Socin. in tractat. oblation. libello 18. n. 4. vers. Est istam opinionem. Inque certum esse asserit Abb. in cap. Quoniam, n. 1. vers. Illud autem certum est, infra de decim. quia privata persona non potest habere oblationes, vel usufructum alicujus rei Religiosae, quales sunt picturae, vel imagines Sanctorum, secundum glossam, quam dicit singularem in d. l. Statuta; & idem repetit in d. cap. Dilectus, num. 4. de offic. ordin. maxime si sit persona secularis, & merito quia oblationes sunt res spirituales, quarum laici non sunt capaces, cap. Sanctorum 10. qu. 1. Decian. conf. 16. n. 15. lib. 2. & latius dicam infra n. 20. & 23.

Alii consulerunt pro Ecclesia Cathedrali, praesertim si constructa sit sub titulo illius imaginis, cui sunt oblationes, & hoc casu putant oblationes esse dividendas pro medietate inter Cathedralè & Episcopum, juxta textum in cap. requisisti de testamen. ubi videtur casus, & ita pro Cathedrali Senensis super oblationibus factis imagini B. Mariae Virginis apud Cassatum, de Magalotti consultius Petrus de Perusio ut refert Marian. Socin. de oblat. in praesig. libello 18. num. 7. circa fin. quia tamen dicit hanc opinionem sibi non placere per ea, quae inferius deducit pro Ecclesia Parochiali.

Alii verò consulerunt has oblationes deberi Episcopo; & ita Abb. in Rubr. infra de Paroch. testatur se vidisse Joan. Andr. in Addit. ad Specul. allegantem pro Episcopo, & pro hac opinione videtur textus in c. Praeter, in fine, ibi, Oblationes vivorum & mortuorum Ecclesiarum Dei redantur à laicis, & in dispositione Episcoporum sint, 32. dist. Sed hanc opinionem refellit Marian. Socin. dicto libello 18. n. 8. & contra Episcopum videtur textus in c. De his 10. q. 11.

Alii demum scriperunt pro Presbitero Parochiali, & quidem frequenti calculo, ut inferius patet. Nec defuerunt qui opinionem medias & distinguentes secuti sint, ut Petrus de Perusio, qui hanc questionem luculenter, & Felino teste melius omnibus disputavit in suo tractatu de Canonica Episcopali, cap. 4. in 16. quest. principali, & quo latius infra n. 29. Ex quibus vides, quanta sit in hoc articulo opinionum diversitas, quae tamen facile ad concordiam reduci possunt, si considerentur casus, & circumstantiae, in quibus Doctores locuti sunt. U. de pro conciliatione vedetur mihi statuenda conclusio cum aliquibus ampliationibus & declarationibus, ex quibus clarè mi fallor rei veritas apparebit.

Hec igitur sit conclusio. Oblationes factae imagini Beatissimae Virginis, vel alterius Sancti depictae, vel affixae in pariete, seu muro alicujus privati debentur Ecclesiae Parochiali, in cujus limitibus est illa imago. Probat hanc conclusio effaciter in hac Decretali, nam Dionisius Pontifex, ut hic dicitur, limitavit Parochias ad hoc ut singularum Ecclesiarum proventus, seu obventiones in usus Ecclesiae cedent necessarios, & stipendia ministrorum. Atque ita ut dixi supra in ultimo notabili Parochialis Ecclesiae fundat intentionem de jure communi in perceptione proventuum omnium spiritualium, quae obtinentur infra limites Parochiae suae, & ideo dicitur, Salva, ne quis crederet illum Canonem fuisse correctum. Praeterea illa Decretalis, Apostolica, est Innocentii III. qui etiam fuit auctor hujus c. Quod si intelligeretur de provenientibus Parochialium, Pontifex videretur sibi contrarius, contra id quod legitur supra in proximo. Adde quod iste textus simpliciter praeter Constitutionem Canonicae de quinquagesima per illa verba, Salva & c. De natura autem praeservationis est, ut nihil addat de novo, sed tantummodo rem conferret in eo itatu, in quo prius reperiebatur, c. Quia intentionis, & c. Ex parte, it. infra de privileg. gloss. 1. & Doctores in c. Cum dilectus, supra de confirm. util. vel inut. Tene igitur cum Innoc. Episcopum non posse hanc portionem conferre locis piis, nisi ex fructibus mensae Episcopalis.

certum est quatenus id liceat, nullo tamen casu laicos posse hujusmodi oblationes accipere immediate de altari, sed debere Clericum constitui, qui de altari accipiat & tribuat eis: nam manus prophane & nefarie non debent Sacra contingere, argum. c. Aurum 12. quæst. 2. c. Ligna. c. Nemo & c. In sancta de consec. dist. 1. & tenet Archid. in d. c. Sanctorum, num. 1. vers. Sed numquid & ibi etiam Turretrem. n. 2. nec videtur dissentire S. Thom. in 2. 2. quæst. 86. art. 2. ad 3. ait enim. Oblationes postquam fuerint con-

secrata non possunt edere in usum laicorum sicut vasa & vestimenta sacra & hoc modo intelligitur dictum Damasi Patris in cap. Hanc consuetudinem 10. quæst. 1. illa verò que non sunt consecrata, possunt in usum laicorum edere ex dispensatione Sacerdotum sive per modum donationis, sive per modum venditionis. Hæc illo, & sequuntur Turretrem. in cap. Quis Sacerdotes, n. 2. in responj. ad 3. ead. causa & quæst. 86. Silvestr. in verb. Decima n. 5. vers. Tertium.



DE HIS QUÆ FIUNT A PRÆLATIS SINE CONSENSU CAPITULI.

Idem Innocentius III. Archiepiscopo Senonen. & ejus suffraganeis.

CAPUT VII.

ET si membra corporis: & infra. Provinciae Senonen. Capitula Cathedralium Ecclesiarum ad nos quærimoniam transmiserunt, quod Archiepiscopus Senon. Et ejus suffraganei, procuratores eorum nuper ad Provinciale Concilium convocatos, ad tractatum eorum admittere noluerunt: & infra. Visum fuit nobis, & fratribus, nostris, ut Capitula ipsa ad hujusmodi Concilia debeant invitari, & eorum Nuntii ad tractatum admitti, maximè super illis, quæ ipsa Capitula contingere dignoscuntur.

SUMMARIUM

- 1. Ad Concilium Provinciale debent vocari, & admitti Cathedralium Ecclesiarum Capitula. Et in hoc procedat ex honestate, vel ex necessitate, num. 4. 37. 40. & seqq. & num. 49. Admitti debent ad tractatum, & ad consulendum, non autem ad decidendum, num. 10. 41. & seqq. & n. 53. Et pro negotiis etiam ipsa Capitula non contingentibus, num. 11. Nisi Prælati aliqua secreta haberent, que revelare non possent sine transgressione obedientia, vel juramenti, num. 14. Vel nisi alia iusta causa subsistet ea non admittendi, numer. 15. 2. Canonici Collegiarum Ecclesiarum, & alii Clerici inferiores non sunt vocandi, & num. 37. 3. Nisi habeant jurisdictionem quasi Episcopalem. 4. Debet, verbum ex proprietate vocabali est necessitativum. 5. Invitato jus acquiritur ex invitatione. 6. Citatus ad actum debet admitti, & fortius expectari. 7. Nisi de novo perveniat ad citantis notitiam, citatum non habere jus. 8. Vocantes tamen non tenentur præcisè vocatum admittere, sed eo non admissio tenentur ad interesse. 9. In Concilio Provinciali Capitula Cathedralium possunt comparere per procuratorem. 10. Votum habent consultivum, non decisivum, & num. 41. & seqq. num. 53. Et possunt contradicere & appellare, num. 13. Omnia sunt gremia de consilio Capitalorum Provincia, num. 46. Abbates commendatarii, & Capitalorum deputati vocem habent consultativam tantum, num. 53. Procuratores Episcoporum vocem habent etiam decisivam, si Concil. Provinciali placuerit, numer. 54. 13. Maximè, dictio implicat idem esse in causa contrario. 16. In Concilio Provinciali an laici interesse possint, aut debeant, distinguitur & num. seqq. 17. Interesse non debent, nisi specialiter vocentur, & num. 50. 18. Vel nisi tractaretur causa fidei. Declaratur, num. 27. & 28. 19. Vel nisi tractaretur de gradibus circa matrimonium contra-

- hendum. 20. Et in his admitti debeant ad audiendum, non ad judicandum, vel docendum. 21. Item ad consulendum, & ad justitiam petendam, vel defendendam, & num. 50. 22. Ab Ecclesiasticis negotiis, & ubi agitur de correctione Clericorum laici omnino sunt excludendi. Utile tamen est eos vocari in causis communibus, n. 29. Nullo casu interesse possunt autoritate propria, sed ita demum si vocentur ex electione Sinodi, num. 30. & 50. 23. Legati Regii non debent interesse sub quovis titulo, & num. seqq. 24. Reges, seu eorum Officiales Sinodalibus Conventibus interesse non debent, nisi in casibus iure expressis. Id est in Concilio generali, ubi agitur de fide, reformatione & pace, num. 26. Item in Provinciali ad incipiendam fidem, ad tuendos Patres ab infidelibus, & ad petendum consilium in spectantibus ad regnum, num. 27. 25. Concilia sunt certus Episcoporum, & Sacerdotum, & sunt propter Ecclesiasticas causas. 31. Ad Concilium Provinciale quinam sint vocandi, & admittendi, & num. seqq. usque ad fin. 32. Episcopi suffraganei vocari debent ex necessitate, & num. 44. Et si non veniant; cessante legitimo impedimento puniuntur, num. 45. 33. Exempti tenentur semel eligere aliquem vicinum Metropolitanum, in cujus Sinodo Provinciali interfint. Nec requiritur consensus Capitali, num. 55. 34. Quod locum habet etiam in Prælati inferioribus nullius Diocesis. 36. Episcopi existentes in Provincia Romana non tenentur eligere Metropolitanum, cujus Sinodo interfint. 37. Presbyteri, & Clerici inferiores an sint vocandi ad Concilium Provinciale, & num. seqq. 38. Convenire debent omnes, qui de jure, vel consuetudine interesse tenentur. 39. Non omnes de Provincia sunt vocandi, sed qui se laesos existimant. 41. Capitula Cathedralium non tenentur accedere, nisi volent, nec possunt compelli, & num. 42.

- 43. Abbat, & alii inferiores Episcopo subiecti non coguntur venire, licet sit ex electis, non veniant. Exempti & Abbates non tenentur venire, nisi qui de jure, vel consuetudine interesse debent, num. 48. Capitula Cathedralium sunt specialiter invitanda numer. 49. 47. In Concilio Provinciali quo ordine Capitula, Abbates, Commendatarii, Dignitates & Procuratores Cathedra-

lium considerare debeant. 51. Concilii Provinciali Decreta subiecti omnes Episcoporum observare tenentur. 52. Exempti compelli possunt ad eorum observantiam in casibus, in quibus de jure communi, vel ex Concil. Trident. potestas in ipso tributa est. Vel Episcopi, Sinodo Provinciali.

ET si membra. Ad Concilia Provincialia convocari debent & invitentur, & ita debet intelligi, cap. Adriani 63. dist. Secundus est, quando tractatur causa fidei, quia hæc communis est tam Clericis, quam laicis, ut cap. Ubinam legisti, & cap. Nos ad fidem 96. dist. Tertius, quando tractaretur de gradibus circa Matrimonium contrahendum, cap. 19. Ad sedem 35. quæst. 5. Sed Holt. hic n. 4. declarat hanc gloss. ita esse intelligendum, ut in casibus præmissis admitti debeant laici ad audiendum, non autem ad judicandum, vel docendum, c. Docendus 62. dist. addit Abb. num. 6. vers. Et in quantum, laicos admitti posse etiam ad consulendum per c. Ad sedem 31. qu. 6. & cap. Ad Apostolica, de re judic. lib. 6. Quod & S. Congreg. Conc. approbavit; ut dicam infra n. 50. Item admitti debent ad justitiam petendam, vel defendendam, c. Novit supra de judic. & c. 1. de sponsal. In Ecclesiasticis autem negotiis, & ubi tractatur de Clericorum correctionibus, laici omnino sunt excludendi, arg. c. Massano supra de elect. & Extravag. Non debet, Bonifacii VIII. Pro modo enim animo nobis infundatur, & oppido sunt infestis c. 1. & c. Laici 2. quæst. 7. Ita Holt. cum quo transeunt hic Jo. Andr. n. 4. Butr. n. 7. Anchar. n. 5. vers. Quinto. Imol. n. 6. vers. in gloss. fin. Abb. n. 5. vers. Et nota de Jo. de Anan. n. 5. vers. Adde, quod latius prosequitur Præpositus, & de communi attestatur in cap. Canonis numer. 5. 15. dist.

Porro legati Regii sub quovis titulo in Concilio Provincialibus non debent admitti, & hoc potissimum, ut Prælati liberius ea quæ agenda sunt, ad Dei honorem, & Ecclesiæ adificationem pertractare, & decernere valeant, arg. cap. Quisquis supra, de elect. Reges verò, aut eorum officiales, de jure sinodalibus Conventibus, non nisi in certis jure expressis casibus interesse debent, ut in VIII. Sinodo c. 17. & in d. c. Ubinam legisti 96. dist. & notatur in d. c. Adriani 63. dist. Sunt enim hic ceteri Episcoporum, & Sacerdotum; suntque propter Ecclesiasticas causas, cap. Propter Ecclesiasticas 18. dist. per tot. Quippe negatur laicis in causis Ecclesiasticis quidquam decernere, cap. Bene quidem 96. dist. cap. Decernimus supra de judic. Cùmque Pontifici & seculari dignitatis officia sint distincta; & cum ad verum ead. dist. sicut quando Reges habent suos Conventus, nullus Pontifici Legatus intervenit, nec recipitur: ita iniquum est impediri summos Prælatos & Sacerdotes, ut de rebus ad ipsos pertinentibus tractari non possint convenire exclusis Regis arbitris d. c. 17. VIII. Sinodi: interstiti quidem Principes seculares per seiplos, vel per suos Nuntios in Conciliis Universalibus, ubi agitur de fide reformat. & pace, dist. cap. Nos ad Sedem, & cap. Ubinam 96. dist. sic & Conciliis Provincialibus interdum interfuerunt Reges, ut perciperent fidem, quam ipsi prostrati in terram prostrebat, & jurabant; interdum ad tuendos Patres ab immunitate infidelium, & Hereticorum. Quandoque ut votum, & iudicium Concilii haberent super rebus ad ipsos Reges, & Regni regimen pertinentibus, sicut passim in Conc. Tolitano, & in aliis videre est; licet quamplura ex d. Concilii non sint merè Provincialia, sed potius totius illius nationis, & quamvis gloss. nostra videatur sentire laicos debere Sinodis Provincialibus interesse, ubi de fide agitur, tamen cause fidei non tractantur, nisi in Conciliis Universalibus, nec glossa loquitur explicitè de Provincialibus, sed dicit in Concilio hujusmodi, & generalibus Concil. eam intelligi Abb. hic n. 5. In aliis verb. causis communibus utile quidem est laicos vocari, ut per Goullim. Durand. in tractat. de Concilio rubr. 10. Sed necessario, vel auctoritate propria etiam in his casibus interesse non debent, Calder. cons. 8. de Consi. sed illi dumtaxat sunt admittendi, qui ex Concilii electione vocantur, ut interstiti, prout loquitur in Concilio Tolitano IV. c. 3. & hic junge quod dicam infra n. 50. ex sententia S. Congreg. Concilii.

- 5. debere admitti. Unde est argumentum, quod ex invitatione jus acquiritur invitato, nam turpius ejicitur, sec. c. Quædam modum supra de jurjur. Item est argumentum, quod citatus ad electionem debet admitti, & sic fortius expectari, ut notatur in c. Cum inter universos supra, de elect. nisi de novo perveniat ad eorum notitiam citatos non habere jus, c. Esforzatis supra, de except. Butr. hic n. 4. Cardin. in 2. notab. Anchar. & Imol. num. 3. Concludunt tamen Butr. Cardin. & Imol. vocantes non teneri præcisè vocatos admittere, sed ea non admitti teneri ad interesse, de quo dicendum, ut notat per gloss. & DD. in d. c. Cum inter universos. 9. Quarto nota ibi, Procuratores eorum. Capitula posse comparere in Concilio per Procuratorem, nam per se commodè comparere non possunt, cap. ult. juncta gloss. penult. supra de major. & obed. Holt. hic n. 1. Joan. Andr. n. 2. Anchar. num. 2. not. & Abb. num. 3. 10. Quinto nota ibi, Ad tractatum admitti. In Sinodo Provinciali Capitula Cathedralium Ecclesiarum, vel eorum Procuratores esse admittendos ad tractatum, non autem ad decidendum, & sic habere votum consultivum tantum, non autem decisivum, prout ex hac littera deducit Abb. hic n. 2. Præpos. in cap. Propter Ecclesiasticas n. 9. vers. Vel aliter posses dicere 18. dist. & tenuit S. Congregatio Concilii, ut dicam infra in ult. quæst. 53. Ultimo nota ibi, Maximè super illis. Cathedralium Ecclesiarum Capitula admitti debere ad Sinodum Provinciale etiam pro negotiis ipsa Capitula non contingentibus, ponderando dictionem, maximè, que implicat idem esse in casu contrario, l. 1. §. Vel maximè, ff. de collat. honor. l. Scire etiam oportet, §. Sed est maximè, ff. de excusat. Et hic tenet Vincent. dicens debere admitti ad omnia generalia, etiam non appareat de eorum interesse, quia potest fieri, ut interite, ita ut si presentes essent, contradicerent, & appellarent: quod possent, ut c. Super eo, de offic. delegat. & consentiunt hic Holt. n. 2. in fin. Joan. Andr. n. 3. in fin. in ver. Maximè, Butr. num. 6. Cardin. n. 3. vers. Oppono, Anchar. num. 5. Imol. num. 4. & 5. dicens hanc partem esse veniorem, Abb. & Joan. de Anan. n. 4. Ex quibus patet hanc esse communem opinionem quam etiam sequitur Henric. Botteus de Sinodo Episcop. par. 2. n. 42. 14. Hoc tamen intelligas secundum Holtic. & alios proximè citatos, nisi Prælati aliqua secreta haberent de mandato Superioris in Sinodo pertractanda, que revelare non possent sine transgressione obedientie, vel juramenti, cap. Ego N. de jur. juran. Vel nisi aliqua alia iusta causa subsistet, quare non deberent id, quod agitur omnibus publicare, ut in simili notatur in cap. Novit. post. princip. sup. eod. 15. In glossa ultima Quæro, An laici in Concilio Provinciali interesse possint, aut debeant. 17. Glossa tenet laicos hujusmodi Concilii non debere intervenire in III. Lib. Decretal.

Manifestum est Episcopos suffraganeos esse vocandos, & admittendos ex necessitate, secundum Innoc. in c. Grave, in princ. supra de prebend. quem sequuntur communiter DD. teste r. apposto in c. Propter Ecclesiasticas si 1. n. 9. vers. Sed assumendo latius 18. dist. & probatur aperte in c. Sicut olim, ibi, Metropolitanus cum suis suffraganeis infra de accusat. in c. Non oportet, c. Pervenit, c. Quoniam c. Si Episcopus. c. Placuit, & c. Si quis Episcoporum, ead. dist. Quod lo-

cum habet etiam in exemptis, ut in Concilio Lateranensi novissimo sub Leone X. f. 10 in Constitutione, quæ incipit, *Regimini circa sum, §. Mater quique considerantes tom. 4. Conciliorum par. 2. pag. 99. col. 1. & in Concilio Tridentino f. 7. cap. 24. ubi dicitur ut Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subiacent, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligant, in cuius Synodo Provinciali cum aliis interesse debeant, & quæ ibi ordinata fuerint, observent, ac observari faciant.*

Archipresbitero Altamuræ declarari postulante à Sacra Congregatione Concilii, an dispositio d. cap. 2. f. 24. secundum quam Episcopi qui nulli Archiepiscopo subduntur, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligant, cujus Provinciali Synodo interint, extendatur ad ipsum Archipresbiterum nullius Diocesis nullique Archiepiscopo subiectum, Sanctissimus ex Sententia Sacre Congregationis declaravit ex identitate rationis d. c. 2. extendendum etiam ad omnes alios inferiores Prælatos, qualis hic Archipresbiter, qui sunt nullius Diocesis; ut & ipsi debeant eligere unum Metropolitanum iuxta d. c. 2. & clarè innuit c. 9. f. 24. hie *Qui semel in Concilio Provinciali à Prælato illius loci electus fuerit*; & cum Concilio d. c. 2. præbeat facultatem eligendi soli Episcopo absque consensu Capituli, ita & inferiores poterunt eligere sine consensu suorum Capitulorum.

Sed cum dubitatum fuerit, an Decretum d. c. 2. §. *Item Episcopi f. 24. habeat locum in Episcopis qui sunt in Provincia Romana, veluti qui sunt inter Capuanam Provinciam & Pisanam qui habentur in cap. sua de Officio Vicariorum*; & latius in Provinciali Cancellarie Apostolicæ, Sacra Congregatio censuit non habere locum.

Verum de aliis inferioribus & præcipue de Capitulis, Cathedralium Ecclesiarum jura & Doctores non videntur convenire, nam ad Concilium Provinciale ex necessitate vocari debent; nam textus in d. c. *propter Ecclesiasticas, il. 1. 18. dist. videtur innuere præter Episcopos ad hoc Concilium esse vocandos etiam inferiores, ut patet ex illis verbis: In istis autem Conciliis & Presbiteros & Diaconos præsentibus esse oportet; & omnes quotquot se laicos existimant. Ad idem text. in c. propter Ecclesiasticas il. 2. eodem dist. hic: ita ut ad Concilium veniant omnes Presbiteri & Diaconi, vel hi qui se laicos existimant & in d. c. sicut olim de accusat. hic ad Metropolitanum & Suffraganeos & alios; nam illa dictio alios ostendit præter Episcopos in Synodo Provinciali, alios quoque interesse debere & ita illum textum ponderat ibi Innoc. ad fin. in ver. *Alios*, dicens esse ibi argumentum, quod non solum Prælati scilicet Episcopi sed etiam alii debent interesse Concilio Provinciali & concordat Concilium Tridentinum in d. c. 2. f. 24. in illis verbis, *Episcopi omnes & alii qui de jure vel consuetudine interesse debent convenire omnino tenentur & in cap. 2. f. 25. ibi Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & omnibus aliis, qui de jure vel consuetudine in Concilio Provinciali interesse debent.* Et de Cathedralium Ecclesiarum Capitulis, quod necessarii vocari debeant & admitti. Videtur text. apertus in hoc cap. illud ponderando ut dixi supra in 2. notab. & hoc tenent expressè Card. hic num. 3. in fin. & Abb. n. 2. vers. *Quin imò.**

Sed gloss. in d. c. *Propter Ecclesiasticas, il. primò in vers. Et omnes*, exponit copulam & pro, id est, sentiens per hoc non omnes de Provincia esse vocandos ad Provinciale Concilium, sed illos tantum, qui se laicos existimant & moventur ab absurdo, quia si omnes de Provincia essent præsentibus superfluum esset ut in Diocesana synodo proxime futura publicarentur eis acta Provincialis Concilii, sicut fieri præcipitur in d. c. *Sicut olim de accusat.* & idem tenet glossa in d. c. *Propter Ecclesiasticas, il. secundo in ver. Vel hi.*

Similiter Innocent. in d. c. *Grave*, postquam in principio dicit ad Provinciale Concilium solos Episcopos esse vocandos ex necessitate n. 3. subijcit Capitula Cathedralium tunc esse vocanda, cum de eorum factis agitur; & ita intelligit hanc Decretalem, aliàs verò minime vocari debere, nisi de honestate vel propter consilium, ut c. *Obviusibus 64. dist.* Et hæc opinio Innocentii magis placet Præposito in c. *Propter Ecclesiasticas il. primò n. 9. vers.* Tamen mihi potius placet 18. dist. Et hæc quia jura, quæ de hac materia loquuntur tantum de Episcopis faciunt mentionem ut patet ex Capitulis supra allegatis n. 32. Et hæc Decretalis intelligenda est de honestate, vel ubi agitur de illorum præjudicio. Sed certè hæc tres ponderationes sunt satis infirmæ. Imò enim jura in hac materia loquuntur non tantum de Episcopis, sed de aliis, ut ostensum est supra, n. 7. & hoc cap. non loquitur de honestate cum utatur ver. *Debet*, quod est necessitativum ut inquit hic Cardin. n. 3. in fin. & Abb. n. implicat idem esse in casu contrario, ut observat Joan. 2. vers. *Sed ergo.* Et tertiò supra in 2. notab. Nec sine

violencia hic textus restringi potest ad casum, ubi agitur de eorum negotiis ut loquitur per adverbium, *maximè*, quod implicat idem esse in casu contrario, ut observat Joannes Andr. hic n. 3. in fin. in ver. *Maximè* & similiter dixi supra in ult. notab.

Quid dicendum? Ego considero Innocentium habuisse optimum sensum & opinionem Doctorem in hac materia, si sedulo expendatur, non discrepare, Nam Innocentius in dist. cap. *Grav. num. 8. de præben. tenet* Capitula Cathedralium ad Provinciale Concilium esse vocanda de honestate tantum, præterquam in duobus casibus videlicet cum de eorum factis agitur vel propter consilium, itaque sentit Innoc. Capitula esse vocanda ex necessitate, non quidem ut votum habeant ad decidendum, sed tantum ad consulendum, hoc enim innuit illa verba alternativè posita, *vel propter consilium* in quo conveniunt etiam Abb. & Præpos. in locis supra citatis, quia tenent Canonicos Cathedralium vocari debere & admitti ad Synodum Provinciale, non tamen ut habeant votum decisivum, sed consultivum duntaxat. Et est ex mente Hostien. hic n. 2. in ver. *Nuntii*, Joan. Andr. n. 3. in eodem ver. Dùm dicunt in Concilio Provinciali omnia gerenda esse de consilio Capitulorum Provincie, arg. cap. *Humiles supra de majorit. & obed.* Sicut in Diocesana Synodo agi debent omnia de consilio Canonicorum, arg. c. *fin. infra de his, quæ sunt à majori par. Capituli, cap. Novit, & c. Quando, supra eodem.*

Præterea quod Innocentius dixit ad Concilium Archiepiscopi ex necessitate vocandos esse Episcopos, & non alios intelligi debet de necessitate non respectu eorum qui vocantur. Unde sensus est, quod soli Episcopi cogi possint ad Synodum venire, prout loquuntur jura ab Innocent. allegata. Alii verò non vocantur ex necessitate, quia necesse non habent comparere, nec compelli possunt inviti; Et ideo hic textus cum misserio dixit *invitari*, non autem *vocari*, quia non tenentur venire, nisi velint, ut hic per Abb. Antiq. post princip. in ver. *Invitari*; ideoque de Capitulis subiectis Episcopo & aliis inferioribus, qui non coguntur venire ad Synodum Provinciale, licet sit expedit ut veniant, concludunt Hostien. in cap. *Quod super his n. 4. & Joan. Andr. ibid. n. 9. supra de major. & obed.* Id quod apertius declarat Præpositus in d. cap. *Propter Ecclesiasticas n. 9. vers. Vel aliter.* Sic enim ait: Licet Cathedralium Ecclesiarum Capitula debeant invitari ad Concilium; non tamen per hoc concluditur ut habeant vocem decisivam in Concilio, quia hoc pertinet ad solos Episcopos per jura superius inducta. Et hoc capitulum colligitur ex alio, quia Episcopi cum sint necessarij tantquam definitores in Concilio, nedum invitantur ad Concilium; imò vocantur inviti & si non veniant, cessante legitimo impedimento puniuntur, ut in cap. *Pervenit, & in c. Placuit 18. dist.* De Capitulis verò Ecclesiarum Cathedralium hoc non dicitur, scilicet ut compellantur, sed ut debeant invitari; & hoc est pro consilio: Nam sicut unusquisque Episcopus cum consilio sui Capituli expedire debet gravia & non aliter ut in c. 1. de except. Prælat. Ita omnes Episcopi Provincie expedientes juxta est ut cum consilio suorum Capitulorum expediant ea quæ in Provinciali Concilio aguntur. Utile enim est in rebus arduis multorum & præsertim peritorum adhibere consilia ut l. *Hannam, C. De legib. & l. Divi fratres, ff. de jurepato.* Hæc Præpos. qui subdit secundum hoc posse intelligi jura quæ dicunt Abbates vel alios debere intervenire in Provinciali Concilio id est, vel pro consilio vel si eorum interit.

Demum hanc sententiam non obscurè aliàs probavit sacra Congregatio Concilii, nam cum quærentur de sessione in Concilio Provinciali & de observatione Decretorum, deque interessentia tum exemptorum, tum laicorum, ita fuit decretum.

Sacra Congregatio censuit in Conciliis Provincialibus Commendatarios Monasteriorum, sive Abbatiarum inter Abbates esse recipiendos, quando capitulariter procedunt, extra hunc casum Abbates Titulares vel habentes usum Mitre debere procedere Commendatarios. Post hoc locum tenere dignitates & potest dignitates collocandi sunt Procuratores Ecclesiarum Cathedralium. Nec teneri venire ad Concilium Provinciale exemptos et Abbates, nisi hi, qui de jure vel consuetudine interesse debent. Capitula tamen Cathedralium Ecclesiarum esse specialiter invitanda. Laicos vero invitatos posse interesse in eoque votum consultivum habere. Et ad observationem Concilii Provincialis omnes esse obligatos, qui Episcoporum jurisdictioni subduntur. Exemptos etiam in casibus in quibus à jure communi & Concilii Tridentinis specialiter Episcopi aut Concilio Provinciali in ipsos potestas tributa est & contra inobedientes juris remediis esse procedendum, Abbates autem Commendatarios, & Capitulorum deputatos vocem duntaxat consultivam in Concilio Provinciali habere. Episcoporum verò procuratores posse habere etiam decisivam, si Concilio Provinciali placuerit.



DE HIS QUÆ FIUNT A MAJORI

PARTE CAPITULI.

Ex Concilio Lateranensi.

CAPUT I.

Cum in cunctis Ecclesiis, quod pluribus & sanioribus fratribus visum fuerit, in cunctanter debeat observari, grave nimis est & reprehensione dignissimum, quod per quasdam Ecclesias pauci quandoque non tam de ratione, quam de propria voluntate ad ordinationem Ecclesiasticam procedere non permittunt. Quocirca præfenti decreto statuimus, ut nisi à paucioribus & inferioribus aliquid rationabiliter objectum fuerit & ostensum, appellatione remota prævaleat semper & solum confectur effectum quod à majori & saniori parte Capituli fuerit constitutum. Nec constitutionem nostram impediat, si forte aliquis ad conservandam Ecclesie suæ consuetudinem, se juramento dicat adstrictum, non enim juramenta, sed potius perjuriam sunt dicenda, quæ contra utilitatem Ecclesie & sanctorum Patrum veniunt instituta. Si quis autem hujusmodi consuetudines, quæ nec ratione juvantur, nec sacris congruiti inlituit, jurare præsumperit; donec dignam egerit pœnitentiam, à perceptione sit Dominici corporis alienus.

SUMMARIUM.

- 1 Ordinatio majoris partis Capituli per contradictionem & appellacionem minoris nihil rationabiliter opponenti impediri non debet.
- 2 Gestà à majori & saniori parte universitatis regulariter valent, etiam contradicente minore.
- 3 Pars major & sanior quæ dicitur.
- 4 Pars major in dubio censitur etiam sanior, nisi contrarium probetur.
- 5 Majori parti regulariter standum est in omni dispositione.
- 6 Contentus plus juris habet ad annullandum gestà majoris partis, quàm plures presentes & contradicentes.
- 7 Minoris partis contradictio non impedit gestà à majori parte universitatis, nisi causa rationabilis probetur eorum superiore.
- 8 Jus pascendi quod habent Clerici & laici in Diocesi Capataquensi an locari possit ab Universitate Clericis contradicentibus.
- 9 Jus pascendi est commune pluribus singulis, non ut universis.
- 10 Major pars non potest statuere in præjudicium minoris in his quæ competunt pluribus ut singulis. Secus si pluribus ut universis & n. 12.
- 11 Universitas non potest statuere de pascuis, nisi omnibus

- 12 consentientibus, & n. 19.
- 14 Minor pars non potest re communi ad usum destinata licet majori contradicat & n. 16.
- 15 Universitas non potest prohibere ne incolæ utantur pascuis juxta consuetudinem.
- 17 Superior lege inferioris non ligatur.
- 18 Universitas etiam in re communi pluribus, ut universis non potest statuere in præjudicium Domini temporalis.
- 19 Clerici sunt laici superiores & exempti ab eorum jurisdictione.
- 20 Clerici volentes mittere suas animalia ad pascua universitatis tenentur ad onera statuto universitatis imposita.
- 21 Secus si pascua sint ad usum Clericorum & laicorum.
- 22 Clerici etiam sunt membra Reipublicæ, non tamen ligantur statutis universitatis laicalis.
- 23 Ad statuti validitatem non solum requiritur rationalis & honesta causa, sed etiam statutus jurisdictio.
- 24 Statutum universitatis etiam generaliter conceptum in subditos est nullam in præjudicium Clericorum.
- 25 Statutum universitatis adimens Clericis jus pascendi est contra immunitatem Ecclesiasticam.
- 26 Statutum editum in odium Clericorum non valet etiam si odium redandaret in personam subditam.

Cum in cunctis. Ordinatio majoris partis Capituli per contradictionem & appellacionem minoris nihil rationabile opponenti impediri non debet. Hoc dicit secundum Joan. Andr. Anton. de Burr. Cardin. Anchar. & Imol. vel clarius secundum Abbat. in universitatibus Ecclesiasticis prævaleat regulariter quod fit à majori parte, nisi minor pars rationabiliter contradicat. Verum quia non sufficit contradicere, nisi probetur objectum ut in litera & dicam inf. à in 2. not. apertius supra de elect. sic potest summari. Gestà à majori parte universitatis effectum fortit debent, nisi rationabilis causa à paucioribus ostendatur. Dividitur in duas partes. Prima ponit factum reprehensibile. Secunda providet per statutum, ibi. *Quocirca.*

Nota primò ex decretali regulam, quod in actibus universitatum regulariter valent gestà à majori & saniori parte etiam contradicente minore, concordat cap. 1. 2. & 3. 65. dist. cap. *De quibus 10. dist. c. Licet supra de elect. l. Duo ex tribus, ff. de re judic. c. dicitur pars major rel-*

pectu numeri & sanior respectu consilii & materie subiectæ, secundum Hostien. n. & Abb. n. 3. Et dùm jura simpliciter dicunt standum esse majori parti, intelligi debet de majori & saniori, quia major pars dicitur quæ majori ratione & pietate nititur, capite *Sana quippe non è distinctio cum concordantibus* de quibus hic per gloss. in ver. *Rationabiliter.* Non enim, ut inquit Host. in prin. quæ major pars est, semper sanior est; sed quæ sanior est semper major reputatur. Et secundum Abb. in 1. notab. n. 2. Non sufficit, ut major pars universitatis decernat, nisi etiam illa sit sanior, ut hic. In dubio tamen major pars censetur etiam sanior, quia præsumitur pro pluralitate cap. *Nullus 61. dist. nisi contrarium probetur ut hic patet & in cap. Illud 23. dist.* Secundum gloss. præleg. regulare enim est, ut majori parti stetur in omni dispositione universitatis, & tractata ipsius, in autoritatibus Sanctorum, in promulgatione sententiarum & statutorum, in datione censuræ & creatione Canonicorum & Prælatorum in remissionibus faciendis à creditoribus & similibus, ut post Tancredum,

Goffredum & Philippum dicunt Holthens. num. 4. & Joan. Andr. num. 11. Et intellige predictam regulam, dummodo pars major fuerit presentis, dum actus gerebatur, locus si fuerit alienus & contemptus, ut si vocata non fuisset eo casu quo vocari debuisset, quia tunc contemptus non solum minoris partis; sed unius tantum reddit invalidum quod gestum est à majori parte, c. quòd sicut supra de elect. secundum Anton. de Butr. hic n. 2. Petr. de Anchar. n. a. & Imol. n. 1. Quin imò contemptus si suum contemptum prosequatur, plus juris habet ad annullandam ordinationem seu provisionem majoris partis quam habent plures presentes & contradicentes. Oldrad. conf. 64. Quòdam Canonico contempto; & vide Angelum consilio 269. Punctus est.

7. Secundo nota in vers. nisi &c. exceptionem à predicta regula ut scilicet non procedat si à majori parte aliquid rationabile obijciatur contra ordinationem majoris partis universitatis, quia tunc quoad effectum impeditur; quia revocabitur posteaquam de veritate objectæ exceptionis legitime constituerit; non enim sufficit opponere nisi objectum probetur coram superiore, ut patet ex littera hinc objectum fuerit & ostensum. Innoc. n. 3. vers. Sed & jus & n. 4. Butr. n. 2. & 3. Anchar. n. 3. Imol. n. 1. & Abb. n. 5. Scilicet quod notat in lege 1. ff. si quadrupes pauper fecit. dicatur & in clem. 1. de restit. in integr. Ceterum tam regula superius proposita quam exceptio procedunt in actibus universitatum, prout loquitur hæc Decretalis; & sic in his quæ competunt pluribus ut universis; factis autem est in his quæ competunt pluribus ut singulis, quia tunc unius tantum contradicere habet actum vitare, ut lultus dicam in seqq. qz.

8. Ex factis quæstionem est, an jus pascendi quod habent Clerici & laici in Diocesi Caputaquensis, locari possit ab universitate Clericis contradicentibus.

Videtur respondendum non posse. Primò, quia cum jus pascendi sit commune pluribus ut singulis, non ut universis ex rationibus adductis à Capic. dec. 152. incip. universis sub n. 3. vers. dubium modo stat, an hoc territorium & Surd. conf. 65. n. 7. vol. 1. major pars universitatis non potest de eo statuere, nisi omnes consentiant sive Clerici sive laici, gloss. communiter approbata in c. Cum omnes in verbo constitutum, vers. sed numquid offi verum de constit. Atque ita ob hanc rationem Capic. d. dec. 151. videtur concludere universitatem non potuisse aliquibus contradicentibus statuere, ut deinceps non liceret cuiquam uti jure pascendi, nisi soluta esset pecunià in communes necessitates eroganda. Hanc eandem opinionem, id est majorem partem universitatis non posse aliquibus contradicentibus statuere de pascuis; sed necessarium esse omnium consensum, quia agit de re communis pluribus ut singulis tenet Cap. in lege 2. in principio, §. fin. n. 145. vers. & similiter de orig. Jur. Covarr. var. resol. lib. 1. c. 17. n. 11. vers. sic rector Civitatis & Surd. conf. 65. per tot. col. 1. ubi etiam citat Jason. conf. 71. col. 2. vers. Ne isto casu vol 3. Quod enim major pars possit statuere in damnum minoris, procedit in rebus & negotiis universitatis quæ sunt communia pluribus in universis, l. c. Quod major. atque ibi gloss. & Bart. ff. ad municip. gloss. in v. 1. in ver. Tractatus, de reb. Eccles. non alien. lib. 6. In aliis vero unius dissentius potest actum impedire, c. fin. ubi not. de major. & obed. cap. Quod omnes, atque ibi declarat Dyn. de reg. jur. in 6. Joan. Andr. in c. unic. de rer. permitt. eod. lib. gloss. in c. Quia propter, in ver. Vice omnium supra de elect. & tradunt omnes in d. cap. Cum omnes.

14. Secundo, quia etsi jus pascendi competeret pluribus ut universis, cum tamen commoedum à singulis percipiatur, preferuntur qui memoribus & pascuis uti volunt ad usum destinatum, licet major pars contradicat. Sic probat text. in l. Civitatis, ff. de legat. 1. Atque ita in terminis per hanc rationem respondit Ripa respons. 5. incip. Antiquo sub tit. jurisdict. & imper. aliis respon. 93. seu 22. lib. 1. ubi pluribus probat universitatem non posse prohibere ne incolæ utantur pascuis juxta consuetudinem & esse defendendum appellationi super hoc interpositæ ab aliquibus, 15. non obstantibus ordinatione & statuto majoris partis, & ibi etiam ostendit statutum hujusmodi esse iniquum & irrationabile cum alias ob causas, tum quia iniquum est, ut quis non possit uti re communi ad usum destinatum, l. 1. c. de pass. publ. lib. 10. l. Arboribus, §. Navis, ff. de usufr. l. Si ades, ff. comm. divid. cum concord. Ripam refert & sequitur Surd. conf. 59. Dubitari non potest sub n. 21. vers. Circumscripta etiam superioritate & conf. 65. per tot. vol. 1.

17. Tertio est jus pascendi effectus commune pluribus ut universis & major pars possit de eo absolute statuere; id tamen haberet locum quoad eos tantum, qui pars essent, vel inferiores, quia superior lege inferiori non ligatur cap. Venientes, de jurejurat. c. Inferior. 21. dist. cap. Cum.

inferior, de major. & c. obed. Clement. Ne Romani, de elect. & verba statutorum non referuntur ad personas non suppositas, c. A nobis, n. primo de sentent. excomm. cap. Ut animarum, de constit. lib. 6. Quia ratione quicquid contra videatur distinxit Vincent. de Franch. dec. 197. n. 1. vers. fitas Lapigii per totam. Sentiens universitatem posse vendere jus pascendi etiam contradicente Barone, qui se ipsum civem prostebatur, Surd. d. conf. 59. num. 15. & 16. Consultuit universitatem, quamvis possit statuere circa ea, quæ concernunt administrationem rerum suarum & prohibere ne cives & incolæ uti possint memoribus & pascuis: tamen illius prohibitionem non ligari Comitem loci Dominum temporalem, qui licet tanquam civis habeat jus pascendi, non afficitur tamen populi ordinatione, quia statuta inferioris non limitant jurisdictionem superioris, ut ait Bald. in Auth. sed non jure n. 8. in fin. C. de serv. fugit.

Quamobrem cum Cleri sint superiores laicis & exempti ab eorum jurisdictione cap. Ecclesia S. Mariae de constitut. concorb. locatio universitatis non obstat ipsi quominus uti possint jure pascendi consuetudine acquisito. De quo est aperta decisio Abb. in conf. 6. part. 1. incip. Casus super quo petitur, &c. licet perperam pro contraria parte allegetur; ibi enim in prima parte concludit, si pascua sint communis laicorum, Clericos qui volunt animalia sua mittere ad illa loca communis, teneri solvere onus impositum ex status ipsius universitatis, quia non dicitur hoc casu Communis legem imponere Clericis, quibus jus pascendi non competit, sed vendere usufructum rerum suarum, quibus si Clerici uti velint, æquum est, ut etiam subeant onera istiusmodi rebus incumbentia & hic non est casus nover, quia Abb. ibi supponit Clericos jus pascendi non habere. Deinde, sub num. 2. Si verò, inquit, ista loca pascua fuissent ad usum communis Clericorum & laicorum & sic forent communis Clericis & laicis (ut in causa presentis) tunc non teneretur Clerici solvere; tum quia statuta laicorum non officunt Clericis; tum quia in rebus communibus non possunt soli laici consistere in præjudicium aliorum jus in rebus habentium. Quare quod omnes tangit debet ab omnibus approbari, &c. tum quia in re communi potior est conditio prohibentis & par in parem non habet imperium. Hæc ille.

Non obstat, quòd Mastrill. decis. 4. 9. vol. 1. contrarium sentierit, nam nullus ducitur autoritas & ejus rationes sunt levissimæ; movetur enim potissimum, quia cum Clerici sint membra Reipublicæ & veniunt universalitatis appellatione, subdantur & ipsi statusi laicorum in materia ad universitatem pertinente.

Quod tamen non admittitur à Canonistis, nam esto tum Clerici, quàm laici sint membra corporis Ecclesie membra, tamen Deus jurisdictionem distinxit & Clericos non legibus & potestatibus secularibus, sed Ecclesiasticis tantum voluit esse subiectos c. Si Imperator, ubi Turrecr. & Præpos. notant. 95. dist. c. Quamquam de cens. in 6. d. c. Ecclesia S. Mariae de Constitut. cap. Quoniam & per totam 10. dist. Pulchre Oldrad. conf. 83. incip. An Episcopus per tot. Goffred. Abb. & Felin. in cap. 2. de foro comper. Sunt enim Clerici membra honorabilia Reipublicæ, ut inquit Bald. conf. 221. Verbo Capitali, in fin. lib. 3. & dicuntur magis non subditi, quàm alii non subditi laici secundum Sigorall. conf. 21. Statuta civitatis, col. 2. & Dec. in d. c. Ecclesia S. Mariae n. 224. Argumentum autem Mastrilli hanc Clericorum exemptionem radicem convellit. Nec refert, quòd statutum illud sit ex se honestum & rationale, quia ad validitatem statuti, nedum requiritur honesta & rationabilis causa, sed etiam autoritas & jurisdictione, quam laici in Clericos non habent, Bald. in l. 1. Cod. de Summa Trin. & fide Cathol. & docent in d. cap. Ecclesia S. Mariae, Felin. n. 53. Soccin. jun. conf. 8. n. 22. vol. 4. Covarr. pract. qu. c. 8. n. 5. & Burl. conf. 93. n. 22. lib. 1. ubi testatur de magis communi opinione. Quod procedit etiam si statutum sit generaliter conceptum, nec specialiter disponat de Clericis, quia licet verba caute dirigantur in subditos, tamen cum Clerici ex locatione graventur, non est curandum cum quo quis loquatur, sed qui dirigatur intentio. Ita Alexand. conf. 211. n. 12. lib. 1. post Anchar. in repet. cap. Canonem statuta 2. qu. in princip. vers. Ergo quæro de Constitut. Est autem ordinario Universitatis contra communitatem Ecclesiasticam, quia tollit Clericis jus pascendi ex consuetudine acquisitum, quod fieri non potest, ut considerat Anchar. conf. 155. in princip. & Joan. Baptista Laderch. in conf. suo 103. num. 11. vol. 1. Preteritum quia id videtur studiosè factum fuisse in odium Clericorum. Quo casu statutum non valeret, etiam si non rediret in personam subditam, secundum Bart. in l. Omnes populi n. 53. de just. & jure, Felin. in d. c. Cum omnes n. 1. & 2. & in terminis juris pascendi observat Surd. conf. 59. sub num. 26. vers. Ex alio etiam.



DE REBUS ECCLESÆ

NON ALIENANDIS.

Ex Concilio apud Silvan.

CAPUT V.

N ulli liceat alienare rem immobilem Ecclesie suæ, sive agrum, sive rusticum mancipium, neque specialis hypothecæ titulo obligare. Alienationis autem verbum continet conditionem, donationem, venditionem, permutationem, & emphyteusis perpetuum contractum. Undè omnes Sacerdotes ab hujusmodi alienatione ablineant, pœnas timentes; quas Leonina constitutio comminatur.

SUMMARIUM.

- 1 Res Ecclesiarum immobiles, & pretiosæ mobiles alienari non debent, & num. 2.
- 2 Nulla, est verbum universale negativum.
- 3 Alienatio bonorum Ecclesie per Canones prohibetur quibuscumque Clericis, & malis magis laicis, & n. 5.
- 4 Clerici omnes dicitur Sacerdotes.
- 6 In conventibus animam omnes homines de mundo sunt de foro Ecclesie.
- 7 Alienatio bonorum Ecclesie requirit causam, & solemnitatem, num. 13.
- 8 Et causa alienationis qua sit.
- 9 Alienatio bonorum Ecclesie, quam solemnitate requirit, & an sufficiat solemnitas introducta de consuetudine, & num. 11.
- 10 Consuetudo aliquid addens solemnitati à jure requisita in alienatione rerum Ecclesie, valida est, si sit Ecclesie utilis.
- 11 Decretum iudicis in alienatione rerum Ecclesie non requiritur, sed sufficit casus cognitio.
- 12 Alienatio rerum Ecclesie etiam cum causa, & solemnitate post Extravag. Pauli II. fieri non potest Papa inconjuncto, & num. seqq. usque ad num. 19.
- 13 Intellectus Extravag. Ambrosiæ, de reb. Ecclesie non alienari, & num. seqq. usque ad num. 18. & 21.
- 14 Clausula in medio posita refertur ad proxima, non autem ad omnia præcedentia.
- 15 Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia.
- 16 Emphyteusis contractus de bonis Ecclesie potest fieri sine beneplacito Apostolico, si tres conditiones concurrant.
- 17 Tunc, dicitur denotare extremitatem temporis.
- 20 Feudalia bona Ecclesie possunt in feudum non obstante juramento de non alienando Papa inconjuncto.
- 22 Fructus & bona Ecclesie, quæ servando servari non possunt, licite alienantur sine beneplacito Apostolico.
- 23 Et talia dicuntur, quæ non durant triennio, vel usu consumantur, & non fructificant.
- 24 Terrula, vel vineola Ecclesie alienari possunt de consensu Episcopii tribus concurrentibus.
- 25 Cap. Terrulas 12 q. 2. non fuit sublatum per Constitutio-

- nem Pauli II. nec per Conc. Trid.
- 26 Terra exigui valoris, quæ dicantur ad hoc, ut alienari possint sine beneplacito Apostolico.
- 27 Alienatio bonorum Ecclesiasticorum, quæ sit ex necessitate juris non requirit solemnitatem.
- 28 Fratres Minores alienare possunt sine solemnitate bona immobilia eis legata sub modo licito, vel simpliciter.
- 29 Alienatio, & specialis hypotheca differunt.
- 30 Hypotheca specialis bonorum Ecclesie est prohibita. Et quid in hypotheca generali, ibid.
- 31 Hypotheca generalis bonorum Ecclesie in casu permissi, ob fieri possit sine autoritate Episcopi, & num. 32.
- 32 Congregationis Concilii Decretum de rebus Regularium non alienandis non comprehendit generalem hypothecam.
- 33 Hypotheca in quo differat à pignore.
- 34 Alienationis verbum, quæ continuatur.
- 35 Alienationis verbum largè sumitur, quando lex, testator, vel pactio prohibet alienari.
- 36 Alienatio stricta accipitur pro eo contractu, quo transferatur dominium.
- 37 Contractus conditionis dicitur, ubi prædium constituitur tributarium.
- 38 Prædium conditionale quod dicitur.
- 39 Locare & conducere, an & quando sit alienare.
- 40 Locatio perpetua, quando dicitur.
- 41 Conductio ad non modicum tempus dicitur, quando excedit decennium, vel est ad decennium.
- 42 Locatio, & conductio bonorum Ecclesie post Extravagantem Pauli II. fieri non potest ultra triennium.
- 43 Et triennium computari debet ex tractu fructuum collectionibus.
- 44 Alienantes bona immobilia Ecclesiarum quas pœnas incurrant, & num. 46.
- 45 Constitutio Leonina quæ dicitur, ibidem.
- 46 Lex civilis Canonizata, seu inserta Canonibus dicitur lex Canonica.
- 46 Alienationis contractus si sit Ecclesie utilis potest per eam ratificari, nec ab illo recedat, nisi Ecclesia volens.

N ulli Res Ecclesiarum alienari non debent. Hoc dicit Joan. Andr. Butr. Card. Anchar. Imola, Abbas Joan. de Anania, Barbatia, Guido Papa, & Bero. Sed post vest. Res, addendum videtur immobilia, prout loquitur ista littera: non res mobiles alienari non prohibentur, ut l. Lex que tutoris, c. de administrat. tutor. & l. Inter omnes, c. de præditi. minarum, secundum Innoc. hic post princip. in ver. Immobilem, nisi sint pretiosæ, ut d. l. Lex que, c. Quod sicut, §. fin. supra de elect. c. 1. infra de pignoriis, Extravag. Ambrosiæ, ubi, Pretiosa mobilia Deo dicata, de rebus Ecclesie non alienari, & hic notat Host. num. 1. circa fin. in ver. Immobilem. Dividitur in tres partes. In prima alienationis prohibi-

tio. In secunda quid sit alienatio. In tertia pœna impositio. Secunda ibi, Alienationis. Tertia ibi, Undè omnes, Host. Nota primò ex princ. textus regulam negativam, quod rem Ecclesie immobilem nemini liceat alienare, Abb. hic in 1. notab. & Guido Papa in summ. textus, & Bero. num. 2. tradit enim hic regula per ver. Nulli, quod est universale negativum, gloss. in c. Statutum, §. Insuper in ver. Nullum, & in ver. Quæ multiterumque, de rescript. lib. 6. gloss. 2. in c. Nemo potest, de reg. ur eodem lib. Gemm. conf. 35. pro clariori num. 4. & 5. Quare hæc prohibitio sit Clerico cuiuscumque conditionis majori, medio & minimo, secundum Host. hic in princ. in ver. Nulli, Joan. Andr. n. 1. in eodem v. & c. 3.